




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
3226/A





3226/A

A.X.O.1


Kut Paris gel. 1—4.

generalis index
post praefationem
pour la disputation

APHORISMORVM HIPPOCRATIS COI DISPOSITIVA METHODVS

Exquiſito Doctrinæ Ordine inſtitu ta.

Et Segmentis quatuor comprehenſa.



QVÆ

DOCTRINÆ MEDICÆ CONSERTA QVÆDAM EST

SYNOPSIS

COMPLECTENS ILLVSTRIORA PRINCIPIS MEDICORVM


THEOREMATA

SENTENTIAS { *DIAGNOSTICAS.* / *PROGNOSTICAS.*

MEDENDI LEGES,

& Decreta ſaluberrima.

Opera & Studio I. Æ. MARIN, Doct. Medici.



PARISIIS,

Apud LVDOVICVM BOVLLENGER, viâ Iacobæâ, ſub ſigno S. Ludouici.

M. DC. XXXIX.



D. DOM.

C. BOVVARD

CHRISTIANISSIMI REGIS LODOICI XIII. Consiliario & Comiti Archiatrorum Illustrissimo

FOELICITATEM PERPETVAM.



ARA & eximia fuit Alexandro Magno (Comes Archiatrorum Illustrissime) *ex tot insignibus olim scriptoribus Homeri commenda-*

tio, Scipioni Africano Xenophontis, Augusto Imperatori Virgilij, & Alphonso regi Arragonum mira Tullij laus & existimatio. Quo quidam illustrium Authorum censu & studio, Magni illi Principes, literis ornatissimi, præclarè videntur sanxisse, vnius cuiusdam in quauis disciplina ineundum sibi ex plurimis euoluendis Antesignani delectũ, in cuius eruditione Musarum studiosos elabora-

re inſigniter ſedulóq; im-
morari ſit operæ pretium.
Horum itaque exemplo
laudatiſsimo cuiuis lau-
ream Apollinis ambien-
ti ſacræ illius artis Anti-
ſtes, ſummùſque Meden-
di Dictator Hippocrates,
maximè omnium enixè
perſcrutandus, vtpote
qui πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, &
ſolidiori ſcientia ſpecta-
tiſsimus, laudem primam
merito conſequatur, cu-
ius ad aram, tanquam
Limētini cuiuſdam Dei,
omnis Medendi norma

attentè examinari debeat, adeóque huius Dogmata, velut ſummi in arte Legiſlatoris atque Ducis, excoli mereantur. Iſtius autem ſalutiferæ artis Genio, quia præ cunctis familiariter te applicas, Vir Illuſtriſsime, nec non eminenti eius doctrina in excelſum emicas, diſertè itidem ac velut è ſuggeſto præſcribis, vt omnes Medicinæ ſtadiũ percurrẽtes ad eum haud fallente luminis acie collimient ſcopum, & tua

æmulatione freti, magni illius fluminis perennes ortus adeant, cuius nempè fontibus purißimis, potius quàm Neotericorum lacubus aut riuulis ſit fas oblectari; etenim

Dulcius ex ipſo fonte
bibuntur aquæ.

An ijs reuera myſterijs, quæ tu ex communi illo Medicorũ Apolline pluſquã alius hauſiſti, excultã peritiam ſupra cõmunem ſortem euehis? An iſtis legibus Spartam quam nactus es, Regiæ Maie-

ſtatis ſalutem fœliciter ſoſpitem tueris atque contines? ac demùm ornatiſsimi ordinis ſublimi faſtigio ſine faſtu emines? Quibus ideo meritis honoris inſignibus illuſtrem te magnopere ſuſpicienti mihi, in votis fuit præclariora Diuini Senis decreta & oracula, quæ te veluti meritiſsimum Vatem agnoſcunt, nomini tuo conſecrare. Etſi enim quiddam duntaxat, vel tenuiſsimo ingenij filo cõtextum, his meditari va-

leam, , quod à te verſatiſsimo, ne nummo quidem plumbeo ſit æſtimãdum (cùm forſan imprudentius rei ornatiſsimæ ſpero addere ornatum & Apellæa Veneris tabula quid elegantius imitari:) Iſtud nihilominus quamuis expenderim adeóq; cenſoriæ animaduerſioni tuæ, me famæ diſcrimine ſubiecerim: hanc tamen aleam ſubij. Optima namq; ſpes fuit, te conatus noſtros proficiendique ſtudium ſenili

tua, & æquanimi prudentia ſpectaturum, qua, velut Palladis ægide tutus, iudiciorum aſperitatem, elatamque multorum deſpicientiam præterij, vt qui te vnum fauentem habere Roſcium, potius quàm totius theatri plauſum referre maluerim.

Patiare itaque (Archiatrorum Comes Illuſtriſſime) *hoc leuidenſe munus amplitudini tuæ, velut quoddam obſeruantiæ meæ deuotiſſimæ*

monimentum ſacrari, haud renuentis ſanè nec inuiti Apollinis mihi ſpecimen eximium: Ego verò in gratiam, tam ſplendidæ humanitatis tuæ, præcellenti ingenio claræque doctrinæ liquido in te perfuſæ, ore Menandri canam.

Ὡς ἡδὺ συνέσει χρηστότης κεκραμένη.

Interim fœlix viue, & ingentibus tuis erga Regem, vniuerſamq; Galliam meritis excelſum

tibi nomen, & decus augere non desine, cuius haud nusquam

Cultor studiosissimus
AE. M.



AD LECTOREM CANDIDVM, DE METHODI HVIVS RATIONE ET INSTITVTO.

PRAENOTIO.



LAROS artium Inuentores, Cultoresque eximios adeo magnifica honoris commendatione prisca exornauit ætas, vt non modo fœlicem illis τῶν μακαρίτων sedem in amœnis Elysiorum spatiis post vitam edixerit, sed prætereà multos tanquam Heroas in cœlum euectos, thuris honoribus dignata sit. Non minori vero tùm splendore claruêre, Me-

Vigil. 6. æneid.

dicinæ Mortalium fauiſſæ Authores ce-
leberrimi, Immortalium quoque cenſu
& cultu peramplè venerati; cùm nempe
Apollinem primum illius opificem ex
cælituum ordine perennis fama cecine-
rit, eiuſque filium altiori itidem & ſan-
ctiori honore coluerit. Nec mirum id
cenſeri debet cùm per ſe omnino ſacra ſit
Medendi diſciplina. Quæ tanquam *Vita*
Seruatrix inclyta, *Natura auxiliatrix*
beneuola, *Sanitatiſque Imperatrix &*
regina ad diuini Numinis præſtantiam
propius cæteris accedit, & ideo humanæ
mentis vim Inuentricem altiori gradu
tranſcendit; vnde haud immerenter ar-
canorum eius ſcrutator ſacrorumque
præſul Ἰητρὸς dictus eſt φιλόσοφος ἰσό-
θεος. Huius vero impertitæ cælitus do-
ctrinæ ſalutiferæ, in artis primùm Syn-
tagma ſpeciemve conditæ, laurum in
æternum florentem retulit Diuinus Hip-
pocrates ab omnibus retro ſæculis celebri
hoc diffuſæ laudis nomine commenda-
tus, ac demùm Pæoniæ artis Myſtæ ſa-
cratiſſimi gloria perilluſtris, quippe qui
tanquam Naturæ genius acerrima diſ-
quiſitione mentis & obſeruatione ſagaci
huius adyta rimatus penitiſſimè, Primus
Medicinæ leges Naturæ conſentaneas
ſanciuerit, & poſt hominum memoriam
Edicta medendi ſaluberrima condiderit,
Rudiorem etenim & informi ſpecie de-
prehenſam in natalitiis diſciplinam, ex
triuiis ad Gymnaſia reuocans, ſic hono-

Hippoc. lib. περὶ εὐσχημοσύνης.

Plin lib. 36.

rifice excoluit, vt doctis Musarum Exercitiis, literisque adiungere aggressus hanc ab humili ductam, ad insignem perfectionem euexerit. Scripsit vero & in obsignandis operibus eiusmodi fuit dictionis ratio, vt ἀσυνδέτῳ & conciso, attamen acuto dicendi stylo diuina animi sensa protulerit, & arguta breuitate, solidam doctrinam ac authoritatem philosophicam sapere videatur, In eoque heroas & semideos imitari, quos aiunt ὑψαγόρεας ἔμμεναι, loquendi maiestate verborumque pondere in dicendo valuisse, vt de hoc aptissime efferri queat, Quod ab Homero de Menelao proditum. Iliados 3.

—— ἐπιτροχάδην ἀγόρευε παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος ——

Verum inter plurima, summi Medendi præsulis monimenta, cuncta equidem mirè suspicienda, non postremam mereri gloriam Aphorismorum libros, & inter germanos illius fœtus primo censeri ordine, percrebuit, His namque non modo in verbis, genuina authoris & in phrasi plane Homerica, locutio est conspicua, dictionisque concisa proprietas, sed & in eruditione dogmatum salutarium vbertas, grauitas sententiarum, præstantia iudicii, denique solidæ & antiquæ doctrinæ fulgent lumina, vt de his sermonem faciens Suidas dixerit eos σύνεσιν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνειν, Ne-

quicquam enim ex antiquorum ſcriptis facile eſt inuenire, quod adeo ſit in ore omnium & ad incudem verum cenſeatur, atque *Aphoriſmi Hippocratis* vt etiamnùm plerique cùm rem aliquam tanquam veriſſimam aſſerere cupiunt, Aphoriſmis æquiparent. Tanta idcirco in Medicorum diſciplina, his acceſſio ſit atque dignitas, vt doctrinæ totius ſemina, mole quamuis exiguà, viribus tamen ingentia, velut floſculi, ex amœnis Hippocraticæ ſcholæ hortis elegantiſſimi, velut ſaluberrimi fructus ex Medica lauru excerpti, denique tanquam gemmæ pretioſiſſimæ ex vaſto medicinæ pelago erutæ æſtimari mereantur; Quare cùm percelebris adeo ſint famæ atque pretii; ſanè Hippocratis omnibus præclaris repertis ſpectabili dignitate præmittendi, eodemque numero, ac in Matheſi, Euclidis elementa perhibentur, & in cæteris diſciplinis, Principia, Philoſophorum axiomata, prudentum reſponſa, Legiſlatorum Decreta, virorum illuſtrium apophthegmata, ſic in Medicinæ ſcientia cenſendi Aphoriſmi; A quibus ſcilicet præcipuis Artis theorematis, vniuerſæ medendi praxeôs operibus, velut à ſole lux oriatur & agendi certitudo accedat Porrò eiuſmodi operum laudato artificio, Methodi diſpoſitiuæ ſpeciem dignum eſt expendere, quandoquidem arte ſine methodo nil inertius omniſque diſciplina ſplendorem methodi & gratiam, apte ſibi de-

beat adſciſcere, πᾶσαι γὰρ τέχναι, αἱ μὴ μετ' αἰσχροκερδείης καὶ ἀσχημοσύνης, κἀκείνοισι μέθοδος τὶς ἐοῦσα τεχνικὴ ἐργάζεται, In eo propterea, totius artis inſigniori ſermone, velut anguſto quodam Syſtemate atque compendio, venit obſeruatione digniſſima, vt doctrinæ tam præcellenti ſua conſtet venuſtas eleganti ordine concinnata. An vero ab Hippocrate in condendis Aphoriſmorum libris fuerit inſtituta, doctrinæ Methodus, lis eſt, inter eruditos, artiſque præſtantia etiamnùm inſignes viros, Galenus enim Methodi cultor omnium ſtudioſiſſimus & Hippocratis Dogmatum Illuſtrator egregius, hanc in commentariis nullatenus aperuit, Quod procul dubio honoris ergo minime ſiluiſſet, ſi quem vt artis ducem habuit, ſic exactæ Methodi textorem agnouiſſet, quinimo Hippocratem (vt & veteres) exquiſitum ordinem aut nondum intellexiſſe, aut aſpernatum fuiſſe aſſerit. lib. de fracturis: Cui ſententiæ & magnæ vir authoritatis Mercurialis aſſentitur, qui nulla certa atque continua & inter ſe commiſſa methodo digeſtos aphoriſmos, parùm aut nihil conſectaneos eſſe prodidit, ſed eo modo ab Hippocrate exaratos, vt pro varietate rerum in praxi vltrò incidentium longo vſu compertarum in codicillos ſuos conſignati fuerint, abſque delectu & ordine. Alienæ autem ex aduerſo, in-

Hippoc. lib. περὶ εὐσχημοσύνης

in Præfat. aphor. & in aphor 4.

ſtitere ſententiæ, claræ notę & conditionis inſignes viri, inter quos videtur Heurnius, qui ab Hippocrate initam Methodum, in multis luculenter exhibuit, præſertim prima & tertia ſectione ordinis quodam lumine adumbrata. Quod & Benedictus Buſtamantes Hiſpanus ſuſcepto opere promere ſuſtinuit, ac nupermodo Fogærolæus, qui Schematon artificio demonſtrata methodo, inter omnes cuiuſvis ſectionis aphoriſmos ordinem veluti digito oſtendere conatus eſt. Hiſce autem virorum Illuſtrium diſſidentibus judiciis, ſi noſtram fuerit fas innuere mentem, videtur ſanè hoc ita componendum diſſidium, vt omnis Methodi expertes & artificio vbique carentes aphoriſmos cenſere, factum videatur iniuſtius tanti viri exiſtimationi atque laudi, cùm ingenioſa & ſolerti Medicorum inſignium indagine, fuerit quodammodo deſignata, neque enim velut cornix, aquilas prouocare aggredior, viroſque doctos tanquam vano labore deluſos inceſſere.

Verumtamen Galeni & Mercurialis, magis ſtandum reor ęſtimationi atque iudicio, qui nullam diſciplinę methodum exactam ſtatamque in aphoriſmis Hippocratem aſſecutum profitentur, ac interdum quidem videri ordinem, interdum vero nullum notari, omninoque nec Syntheticę, analyticæ, aut definitiuæ methodi exquiſitam ſpeciem obſeruari, cûm aphoriſticas ſententias, ſubiecti varii &c.

diuerſo ſcopo ſcriptas, nec mutuo ſenſu inuicem cohærentes, ſimul & vniuerſim ſectio quælibet complectatur, eo modo vt legenti cuiuis methodi ſtudioſo minime inter ſe necti, aptéque conſentire videantur. Cùm igitur ſic clarè innoteſcat, eximium Aphoriſmorum opus, diſpoſitionis lumine minus quàm deceat præfulgere: At vero, caput artis ſit, decére, quod facias, & eleganti methodo contexere, hoc propterea merito ſplendori & ornatui aſſerendum eſſe duxi.

Verùm cùm iſtud negotii, vulgari ſerie atque ordine præclarè inſtitui nuſquam poſſit, diuerſo equidem aphoriſmorum nexu, & artificio moliendum æſtimaui. Nec vero interim audaciæ ſum inſimulandus grauiter, apud Doctos, quod Hippocratis Aphoriſmos peruertere aut tanquam peruerſos arguere videar, Hippocratis ſiquidem ab omni æuo traditum ordinem laudo, & inuenta ſapientum animi velut incitamenta complexus, inuentores honoris cauſa ſemper appello. At duntaxat, ſi quid poſſim Aphoriſmis illuſtrandis, hoc exili delineamento prodere eſt animus & poſt tot præclare commenta oculis omnium ſubiicere, (ἀνεωγμέναι μουσῶν θύραι,) Nec enim de poſteris ſic malè merita eſt natura vt illis inueſtigandi aliquid occaſionem præcluſerit, & quamuis à veteribus omnia pænè ſint comperta, hoc ſemper nouum fuerit, inuentorum ab Suidas.

Seneca epist. 64.

aliis ſcientia & diſpoſitio

Porrô hæc nobis eſt in eo Methodi diſpoſitiuæ conſilio propoſiti ratio, vt doctrinę ordo, in digerendis Aphoriſmis exquiſitus & artis Medicæ diſpoſitioni à Galeno proditæ, ſubiectique eius tradendi rationi congruus ſtatuatur. Ad cuius ſcilicet exemplar belle expreſſa Medendi Decreta, artificiosè nexa diductaque cernantur At verò cùm de vniuerſa Medicinæ obiecta materia Aphoriſmos minime agere liquido conſtet, ſed duntaxat inſigniori atque præcipua, nempe de Affectibus præter naturam & Conſideratione Morborum huius ideo ſubiecti viſa ſic mihi habenda ratio in tradendi methodo, vt (quemadmodum in quauis arte fieri conſueuit, primum Cognitio ſubiecti comparatur, tum demûm Operandi ratio circa ſubiectum instituitur) ſimili modo Morborum Cognitionem innuentes Aphoriſmi primo in limine, Medendi ſcilicet Theoremata ſeorſim diſtincta, tûm vero Sententiæ tam Diagnoſticæ quam Prognoſticæ, ſuis claſſibus diremptæ, denique Curationem prodentes Dioriſmi, ſiue Medendi Leges ſerie collocentur, quo pacto non ſolum docendi norma, ſed & agendi typo quęuis diſpoſita conſpiciantur. Eiuſmodi porro in genere conſtitutum ordinem, ſic deinceps, in ſingulari ſubiecti cuiuſvis mentione ſum aſſecutus, vt ſenſus cognatione affinique complexu con-

Methodus & inſtitutum authoris.

nexos inuicem Aphorismos coniunxerim, & ad exquisitam intelligentiam è margine adnotatione breui illustrarim, data amplius opera vt latinus contextus sermone tersissimus eniteret, ad prolationem audiret suauius, & è Grecę dictionis regione appositus cerneretur. Qua sic obsignata artificii specie atque Methodo mira Diuini Senis doctrina, Iudicii vis atque pręstantia, fœlicius innotescet, & Synopsis quædam insigniorum artis medicæ præceptionum ob oculos versabitur, Cuius ductu tanquam certæ Cynosuræ, quicumque huic difficili & pulcherrimæ Arti, noui Mystæ vela pandunt procinctu facili poterunt ad Hippocratis doctrinæ notitiam appellere. Hoc nimirum ordinato rerum situ & apparatu Topico, menti affulgebit ad clariorem intelligentiam perspicuitas, memoriæ ad capiendum dexteritas, in Consiliis ineundis optata ratio & authoritas, denique in Medendi Praxi, pro vsu postulante Aphorismorum inuentio facilis & expedita subiicietur. Desiderari quidem amplius, in eo cœpto, veluti Colophonem, haud inficias ibo, qui nempè ex Ratione, cuilibet Aphorismo subiuncta imponi potuisset. Verûm hoc longè melius, ex tot præclaris in Hippocratem Commentariis Medicinæ alumni quæsierint, istud nihilominus ex votis aliquando præstandi expectatione (fauente numine) ductus, ni hæc opella à limine statim detrusa,

Methodi huius vtilitas.

repulſam apud artis ſtudioſos patiatur. Quandoquidem ideo chariſſimis philiatris noſter hic vnicè ſacratus labor, (neque enim artis proceribus quid dignum edidiſſe magnificè de me cenſeo) eos toto animo ſupplex hortor, vt pari affectu & beneuolentia, qua hæc noſtri ſtudii vouetur ſignatura, eâdem acceptam benignè amplectantur, nec ſi minus ex cuiuſque ſententia cumulatè fecero, male affecti criminentur.

Primitias dedimus, quas noſter agellus
habebat,
Quales è tenui rure venire ſolent.

MONITVM.

PORRÒ Lectori beneuolo id aduertendum velim, pleroſque Aphoriſmos diuerſis locis & capitibus fuiſſe repetitos, atque vbi ſecundario reponuntur Charactere vario fuiſſe notatos, hoc autem de induſtria præſtitum norit, quod ſcilicet Aphoriſmi nonnulli, variis quas complectuntur partibus ad diuerſa interdum ſubiecta ſpectare valeant, adeoque multiplici loco poſſint aptè appoſitéque reponi, nè Lectori toties ad reuoluendos Aphoriſmos ad idem ſubiectum pertinentes fieret negotium. Deinceps quoque monuero me numerum Aphoriſmi cuiuſvis & ſectionem è qua depromptus

est, Aphorismo cuilibet subiunxisse, primo equidem numero Aphorismi & secundo cuius sit sectionis designato, vt scilicet vnicuique sit fas, hos in ordine Aphorismorum vulgato perquirere, & è proprio loco vestigare.

METHODI APHORISMORVM

Dispositiuæ Generalis Index, hoc Schemate.


Aphorismi Hippocratis, Nonnulli spectant ad Affectuum Præternaturam.

- Cognitionem
  - Generalem tum 1. Affectuum præter naturam, in Genere.
  - Particularem. 1. Affectuum præter naturam in specie. Vel
    - Ætiologiam
    - Diagnosim
    - Prognosim
    - Therapiam.
- Medendi Methodum Quæ Vniuersim consistit in duobus, Scopis, à Medico exequendis Nempe.
  - Scopo Vitali. 1. Conseruatione Naturæ Virium. Diætæ subsidio molienda.
  - Scopo curatiuo. 1. Ablatione Affectuum præter naturam. Per REMEDIA seu Contraria. ineunda, quorum

- **Ætiologiam.**
  - De Causis morbificis, at externis potissimum, tum etiam differentiis multis Morborum & Symptomatum. p. 1
- **Simioticen. de signis insalubribus.**
  - Diagnosticis pauci in genere. p. 28
  - Prognosticis.
    - Prog. Criticis in genere. p. 30
    - Prog. Salutis & mortis. p. 40
    - Prog. Longitudinis & breuitatis, morbi. p. 61
    - Et signis Magnitudinis ac leuitatis, Morbi. p. 65
- **Affectuum partium internorũ.**
  - Capitis. p. 71
  - Faucium. p. 83
  - Pectoris. p. 85
  - Abdominis. p. 93
  - Artuum. p. 111
  - Affectuum Mulierum
    - Non prægnantium. p. 114
    - Prægnantium
      - Vt prægnantium. p. 118
      - Vt Affectibus aliis cum viris communibus laborantium. p. 126
  - Totius corporis, puta FEBRIVM. p. 139
- **Affectuum externarum.**
  - Tumorum. p. 128
  - Vlcerum. p. 132
  - Vulnerum. p. 155
  - De fracturis autem & luxationibus. Aphor. nulli. p. 147

Prima & præcipua, sunt CAVSARVM MORBORVM INTERNARVM REMEDIA, (nempe Contentorum Vitia corrigentia.) Et ex his præsertim humorum redundantiam VACVANTIA, dicta Maiora Remedia, Putà
- Sang missio per venæsectionem. p. 164
- Purgatio humorum qualitate vitiosorum, per Medicamentum. p. 167

Alia Morbis ipsis, formaliter contraria, alia Symptomata grauia, mitigantia.
- De quibus Aphorismi pauci. p. 132



❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧

PROOEMIVM OMNIVM APHORISMORVM.



VITA BREVIS, Ars verò longa, occaſio præceps, experientia periculoſa, iudicium difficile. Non ſolum porrò, ſeipſum præſtare decet, neceſſaria peragentem, ſed & ægrum, & aſſidentes, & exteriora.

Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.



METHODI APHORISMORVM DISPOSITIVÆ

SECTIO PRIMA.

COMPLECTENS DIORISMOS & DOGMATA
Ad Ætiologiam spectantia;

Ac præsertim de Causis Morborum Procatarcticis, siue Rebus non Naturalibus, Corporis nostri Symmetriam immutantibus, agentia.

PRÆFATIO

Et ducti à Causis exordij ratio.

SAPIENTER quidē præscripsit olim Biãtes philosophus, Νόει, καὶ τότε πράττε, hocque edicto præclarè sanxit, eos, qui

qui vel in virtutum actionibus probè instituendis studiosè inuigilant, vel optimarum artium quoddam genus excolunt, præuia quadam rei agendæ notitia debere auspicari: Quod sanè insigniter eos respicit, qui Arti medicæ, omnium illustrissimæ, suam dicarunt operam, quos scilicet præexistente cognitione, velut duce, huius disciplinę sacris initiari necesse est, vt salutiferam manum mortalibus sint fœliciter porrecturi. At vero cùm rei cuiusque notio, maximè ex causarum inuestigatione pēdeat, nulliúsque parari scientia pos-

ſit , niſi per eas exploratè quæſita ſit. Sanè Medico, Naturâ quidem primùm, eamque cõſtituentibus cauſis erudito , & morborum demùm cognitionẽ meditanti , Cauſarum in primis quæ morbos concitant obſeruatio præmittẽda. A cauſis autem ſic ducto exordio, Cauſarum externarum ſeu euidentium corpori noſtro. mox ſalubrium & inſalubrium primas obtinet ſpeculatio. Quarum prior & in creandis morbis efficacior, nobis obuiam prodit , CIRCVMFVSVS AER. Qui nẽpè, ab Hippoc. *lib. de Flat.* VITAE ET MORBORVM CAV-

SA perhibetur. Vitę quidem ſanitatíſque Cauſa conſeruatrix, eo quòd vita noſtra maximè nititur ſpiritibus, hi autem ab Aëre reſpiratione ac tranſpiratione attracto, velut paſtu ſuo, reficiuntur. Hoc verò præſtat munus, cum diſpoſitione conſtitutus eſt laudabili, Qualitatum ſcilicet primarum clemēti temperie, Subſtantiæ puritate, Motus cōuenientis agitatione, Ventorum lenium, ſuauitérque ſpirantium aurâ difflatus; Nullo vero interim inquinamentorum & contagij ſeminum ſitu, nulla putredinis corruptela, aut vligine

eſt perfuſus. Ex aduerſo autem morborum Cauſa eſt effectrix, cùm praua conſtitutione eſt affectus. Primo ſcilicet, Qualitatum primarum intemperie calidior eſt, vel frigidior, humidior aut ſiccior. 2. Conſiſtentiæ vitio, putâ craſſitie vel caligine obductus eſt. 3. Totius Subſtantiæ diſſidio, cùm putredinis lue, vel maligna peſtilentíque pernicie inquinatus. 4. Motu haud conuenienti, cùm nimis concitatus eſt vel placidus. 5. Mutatione & alteratione varia & repentina, qua inæqualis fit & inſtabilis.

Hæc vero multiplex Aë-

ris, Cœlivè morbifica dispositio, plurimis de Causis in Aëre procreatur, quarũ numero prior est, TEMPORVM ANNI QVATVOR VNIVERSALIVM VARIA CONSTITVTIO, Veris scilicet, Æstatis, Autumni, & Hyemis, à Solis motu maximè, syderúmque nobilium ortu & occasu distincta. 2. COELI particularis quædam tempestas, serena aut imbrifera, Australis vel Aquilonia, syderum aspectu vario & influxu excitata. 3. REGIONVM situs varius, à diuerso Cœli partium respectu, ad Orientem, vel Occidentem, Meridiem aut Septentrio-


nem conuersus. 4. LOCI cuiusdam particularis, seu ciuitatis, seu domus, diuersa positio, tum respectu Cœli eodem modo; tum etiam terræ (putâ ratione montium, edita vel depressa, vel Aquarum vicinia, humida & palustris, sicca vel arenosa.) 5. VENTORVM aura diuersa, Euri, Fauonij, Austri & Aquilonis à diuersis Cœli plagis efflata. 6. denique Aëri perfusa INQVINAMENTA aliena, siue sint contagij semina, syderum maligno influxu in aëra demissa, siue halitus nidorésque putridi, inferius à terra, vel aqua, cadaueribus aut plan-

tis corruptis supernè eleuati. Quarum certè omnium Aërem immutantium Causarum solennis magis, & peruulgata est TEMPORVM ANNI QVATVOR DIVERSA CONSTITVTIO. Aër namque per tempora anni variè dispositus, corporis nostri εὐκρασίαν excellenter continentérque alterat, ex quo Morborum soboles magna solet oboriri.

Quare Hippocrates *lib. de Aëre, locis, &c.* ab exordio præcipit. QVISQVIS MEDICAM VVLT DISQVIRERE ARTEM, in primis, ANNI TEMPORA CONSIDERET, QVÆNAM SCILI-

CET ET QVANTVM SINGVLA POSSINT. De his vero doctè in Aphoriſmis, etſi haud multa ediſſerit, cæteras autem cauſas attigit *lib. de Aëre, locis, & aquis.*

APHO-



APHORISMI
DE AERE PER TEMPORA ANNI CAVSARVM EVIDENTIVM

Corpori nostro ſalubrium, inſalubriúmve præſigniori.

ET DE

MORBIS VARIIS

Ab eius aduerſa conſtitutione prognatis.

PROŒMII VERO LOCO

Aphoriſmus generalis, hîc impoſitus; quo ſtatuuntur genera Cauſarum euidentium inſigniora, ſcilicet Aër *atque* Diæta.

CAVSARVM euidentium inſigniores ſtatuuntur.

AER tã ratione têporum, quam locorũ, variè diſpoſitus, & DIAETA diuerſa, Quarũ varietas in ſpecie, quomodo corporis aliq conſtitutioni, (ſeu naturæ, ſeu ętatis) ſit ſalubris, & alia alteri inſalubris, infra docetur.

NATVRÆ quædam, & ætates per alia tempora & loca, & victus rationes, bona aut mala valetudine conſtant.

Ex Aph. 3. ſect. 3.

NATVRARVM, quædam ad

AER PER TEM-

Æstatem, quædam ad hyemem, bene aut malè sunt constitutæ.

2. 3.

Τῶν φύσιων αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι.

PER TEMPORA VERO ANNI; Vere quidem & prima æstate, Pueri, & his ætate proximi, degunt, valentque maximè: Æstate verò & Autumno ad aliquam vsque partem Senes: reliquo Autumno & Hyeme mediam ætatem agentes.

18. 3.

Κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος, οἱ παῖδες, καὶ οἱ τουτέων ἐχόμενοι τῇσιν ἡλικίῃσιν ἄριστά τε διάγουσι καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα. Τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου μέχρι μέν τινος, οἱ γέροντες. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ φθινοπώρου καὶ τοῦ χειμῶνος, οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι.

MORBORVM alij ad alia tempora bene aut male se habent, & quædam ætates, ad alia tempora & loca, & victus rationes.

3. 3.

HORA ANNI A. variè cõstitutus statuitur, CAVSA Sanitatis aut Morbi, pro diuersis hominum tẽperaturis.

AER PER TEMPORA ANNI VARIA, statuitur CAVSA modo sanitatis ac morbi, pro diuersis ætatibus, seu ætatum temperaturis.

AER PER TEMPORA ANNI variè dispositus, CAVSA est, tũ Morborum effectrix, si tempora sint similis cum

Τῶν νούσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι, καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας, καὶ χώρας, καὶ διαίτας.

IN CONSTANTIBVS TEMPORIBVS, cum tempestiuè, tempestiua fiunt, morbi stabiles & boni iudicij accidunt. Inconstantibus autem, instabiles & mali iudicij.

8. 3.

Ἐν τοῖσι καθεστῶσι καιροῖσιν ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίνονται. Ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

MVTATIONES TEMPORVM, maximè pariunt morbos, & in ipsis temporibus magnæ Mutationes frigoris aut caloris, & alia pro simili ratione.

I. 3.

Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ ψύξιος ἢ θάλψιος, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον οὕτως.

morbis intẽperiei ; tùm Curatrix, siue Remediũ, cũ tempora sunt Morborum intẽperiei cõtraria.

CONSTITVTIO STATA TEMPORVM ANNI in temperie sua, CAVSA est, tum genitrix morborũ similium, ac boni moris; tùm Causa facilis solutionis & boni iudicij, MVTATIO vero & inconstantia è contra.

MVTATIONES ANNI TEMPORVM seu Intemperies Magnæ, & præsertim Caloris aut Frigoris, sunt CAVSAE morborum præcipuæ.

MVTATIONES quoque ſue altera tiones diurnæ, Caloris & frigoris.

IN TEMPORIBVS, cùm eodem die, modo calor, modo frigus fit, Autumnales morbi expectandi. 4.3.

CAVSAE ſunt morborum ſimiliũ, nempe inæqualium.

Ἐν τῇσιν ὥρῃσιν ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρας ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψύχος γίγνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νουσήματα προσδέχεσθαι χρή.

CONSTITVTO SICCA, temporum humiditati collata, cauſa eſt minus inſalubris.

EX TEMPESTATIBVS ANNI, in vniuerſum ſiccitates ſunt imbribus ſalubriores, & minus mortiferæ. 15. 3.

Τῶν δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρειῶν εἰσιν ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες.

MORBORVM ſpecies Quouis tempore graſſantes.
Et Primo MORBI ſiccitate immodica temporũ, excitari ſoliti.

PER SICCITATES (magnas) febres acutæ fiunt. Quod ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualem tẽporis ſtatũ effecerit, tales vt plurimum morbi expectandi. 7.3.

Ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίγνονται. Καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ τὰ νουσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

MORBI ab humiditate nimia tem-

PER ASSIDVOS IMBRES, Morbi fere fiunt, febres longæ, alui profluuia, putredines, epilepſiæ, apo-

plexiæ. PER SICCITATES vero, Morbi tabifici, ophthalmiæ, arthritides, ſtranguriæ, dyſenteriæ. 16.3.

porum procreari ſoliti.

Νοσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ, γίνεται πυρετοί τε μακροὶ, καὶ κοιλίης ῥύσιες, καὶ σηπεδόνες, καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι· ἐν δὲ τοῖσιν αὐχμοῖσι, φθινάδες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι, καὶ δυσεντερίαι.

AVSTER auditũ hebetat, caliginem viſui obducit, caput grauat, corpus pigrum & languidum reddit: Cùm itaque hic dominabitur, talia in morbis ægroti patiuntur. Si vero aquilonia fuerit tẽpeſtas, tuſſes fiunt, faucium aſperitates alui duræ, dyſuriæ, horrores, laterum & pectoris dolores; Cum itaque hæc dominabitur, talia in morbis expectanda. 5. 3.

MOTVS AERIS SIVE VENTI, vt aërem alterando, Cauſam Morbificã, efficiãt, & MORB ab aëre h[illegible]s alterato progeniti, Et præſertim ab auſtro & aquilone orti,

Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ διαλυτικοί· ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι πάσχουσιν. Ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή.

MOTVS AË-RIS DIVRNI, seu Cæli status à ventis diuersis affecti, tum Cõmoda, tum Morbi & incommoda: puta Cœli status Aquilonij ac Austrini.

QVOTIDIANÆ AVTEM CONSTITVTIONES Aquilonię quidem cogunt corpora, firma & agilia, benè colorata, & auditu valentiora reddunt, aluum ſiccant, oculos mordent, Et ſi pectus, dolor aliquis prius habuerit, magis exaſperant: At Auſtrinæ diſſoluunt corpora & humectant, auditum hebetant, caput grauant, vertiginem oculis, tarditatem corporibus afferunt, aluum humectant. 17. 3.

Αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταστάσιες, αἱ μὲν βόρειοι τά τε σώματα συνιστῶσι, καὶ εὔτονα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὔχροα, καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρηκα ἄλγημα ἤν τι προϋπάρχῃ μᾶλλον πονέουσιν. Αἱ δὲ νότιοι διαλύουσι τὰ σώματα καὶ ὑγραίνουσι, καὶ βαρυηκοΐας, καὶ καρηβαρίας ποιέουσιν, καὶ ἰλίγγους ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι.

Aphor. generalis, MORBOS omnis generis, omni tempore genera-

MORBI QVIDEM OMNES, in omnibus temporibus fiunt. Nonnulli tamen horum in quibuſdam ipſorum magis fiunt & irritantur.

19. 3.

Νοσήματα δὲ πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνεται· μᾶλλον δὲ ἔνια κατ' ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται καὶ παροξύνεται.

ri. Attamen quasdã species magis in certis tẽporibus oboriri.

VERE QVIDEM, furores, melancholię, epilepsiæ, hæmorrhagiæ, anginæ, grauedines, raucedines, tusses, lepræ, impetigines, vitiligines, & pustulæ vlcerosæ plurimæ, tubercula, & articulorum dolores. 20. 3.

Primo MORBORVM SPECIES, vere tempestiuo grassantes, tam huic cognati, quã alieni.

Τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὰ μανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ βῆχες, καὶ λέπραι, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα, καὶ ἀρθριτικά.

ÆSTATE VERO, nonnulli horum, & febres continuæ & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ, vomitiones item & alui profluuia, ophthalmiæ, & aurium dolores, oris vlcerationes, genitalium putredines & sudationes. 21. 3.

2. MORBI AESTIVI, tam proprij, quã alieni.

Τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τουτέων, καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ καῦσοι καὶ τριταῖοι πλεῖστοι, καὶ τεταρταῖοι, καὶ ἔμετοι, καὶ διάρ-

ῥοιαι. καὶ ὀφθαλμίαι, καὶ ὤτων πόνοι, καὶ στο-
μάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ
ἵδρωα.

3. MORBI AVTVMNALES tam consentanei, quam alieni.

AVTVMNO VERO; etiam multi morbi æstiui fiunt, & febres quartanæ & erraticę, lienis tumores, hydropes, tabes, ſtranguriæ, lienteriæ, dyſenteriæ, coxæ dolores, anginæ, aſthmata, voluuli, epilepſiæ, furores, melancholiæ. 22. 3.

Τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλά, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι καὶ πλανῆτες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι, καὶ λειεντερίαι, καὶ δυσεντερίαι, καὶ ἰσχιάδες, καὶ κυνάγχαι, καὶ ἄσθματα, καὶ εἰλεοί, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικά, καὶ τὰ μελαγχολικά.

AVTVMNVS tabidis noxius. 10. 3.

Τὸ φθινόπωρον τοῖς φθίνουσι κακόν.

Autumnus veri collatus inſalubrior eſt, & Morborum lethalium ferax.

AVTVMNO, in vniuerſum Morbi acutiſſimi & exitioſiſſimi fiunt; Ver autem ſaluberrimum, & minimè exitiale. 9. 3.

9 Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι, καὶ

θανατωδέστατον τὸ ἐπίπαν. Ἦρ δὲ ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατώδης.

HYEME pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, grauedines, raucedines, tusses, pectoris, laterum, & lumborum dolores, cephalalgiæ, vertigines, apoplexiæ. 4. MORBI HYEMALES proprii ac familiares.

23. 3.

Τοῦ δὲ χειμῶνος, πλευρίτιδες, περιπλευμονίαι, λήθαργοι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων, καὶ πλευρέων, ὀσφύος κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι.

INTER ANNI PARTES, si hyems sicca & aquilonia fuerit, ver autem pluuiosum & australe, necesse est febres acutas æstate fieri, & ophthalmias, & dysenterias, mulieribus præsertim & viris natura humidioribus. II. 3.

MORBORVM SPECIES temporibus inconstantibus & intempestatis obortæ ac Primo, in antithesi hyemis & veris, contingentes.

Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἐπόμβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ θέρεος πυρετοὺς ὀξέας καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα δὲ τῇσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας.

2. MORBI, in cõtraria antithesi veris & hyemis, excitati.

SI VERO AVSTRALIS HYEMS & pluuiosa cleménsque fuerit, ver autem siccum & aquilonium: Mulieres quibus partus in ver incidit, quauis occasione abortiunt: Quæ verò pepererint, imbecillos & morbosos fœtus edunt, ita vt vel statim intereant, vel tenues & valetudinarij viuant; Alijs autem Mortalibus, dysenteriæ, & ophthalmiæ siccæ fiunt, & senibus catarrhi, breui interimentes.

12. 3.

Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ἧσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιπρώσκουσιν· αἳ δ᾽ ἂν τέκωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα ζῆν ἐόντα. Τοῖσι δὲ ἄλλοισι δυσεντερίαι, καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάῤῥοι συντόμως ἀπολλύντες.

QVVM ÆSTAS fit similis veri, sudores in febribus, multi, sunt expectandi. 6. 3.

Ὁκόταν ἀέρος γίνηται ἢ εἰ ὅμοιον, ἱδρῶ-
τας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλοὺς προσδέ-
χεσθαι χρή.

SI VERO ÆSTAS aquilonia & ſicca fuerit, Autumnus autem pluuioſus & auſtralis, dolores capitis hyeme fiunt & tuſſes & raucedines, & grauedines, nonnulli verò tabes.

Tertiò, MORBI, in antitheſi æſtatis & autumni exoriri ſoliti.

13. 3.

Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται,
τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κε-
φαλαλγίαι ἰσχυραὶ ἐς τὸν χειμῶνα γίνονται, καὶ
βῆχες, καὶ βράγχοι, καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ
φθίσιες.

SI VERÒ AVTVMNVS aquilonius & ſiccus fuerit; natura humidis & mulieribus cōfert. Aliis autem ophthalmiæ ſiccæ & febres fiunt partim acutæ, partim longæ, grauedines diuturnæ, quibuſdam melancholiæ.

Quartò, MORBI, in alia antitheſi Æſtatis & Autumni procreati.

14. 3.

Ἢν δὲ βόρειον ᾖ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν
ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσιας καὶ τῇσι γυναι-
ξὶ ξύμφορον. Τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλ-
μίαι ἔσονται ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες καὶ
χρόνιοι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.

APHORISMI NONNVLLI

De causis quibusdam morbificis, externè quoque corpori occursantibus.

Et præsertim Calore, & Frigore nimio alterantibus, velut Aqua corpori persusa, ac Medicamentis admotis.

MORBI NONNVLLI, ac SYMPTOMATA, A Causis externis Calidioribus inusta.

CALIDVM, frequentiore vsu, hæc affert incommoda; carnium effœminationem, neruorum incontinentiam, mentis torporem, sanguinis profusiones, animi deliquia, ad quæ quidem mors. 16. 5.

Τὸ θερμὸν βλάπτει ταῦτα τοῖσι πλεονάκις χρεομένοισι· σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκρατείαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμοῤῥαγίας, λειποθυμίας. ταῦτα οἷσι θανάτος.

E cõtra Calefacientia moderatè, seu calori nostro analoga: Præ-

CALIDVM suppurationem faciens (non tamen in omni vlcere) maximum securitatis est indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem

lenit rigores, conuulsiones, tetanos mitigat, capitis grauitatem soluit, ossibus fractis plurimum prodest, maximè denudatis, & his multo magis qui in capite vlcera habent, hisque etiam quæ moriuntur aut vlcerantur à frigore, herpetibus denique exedentibus, sedi, pudendo, vtero, vesicæ. His omnibus Calidum amicum & decretorium: Frigidum inimicum & perimens.

Præsidia sunt, Morborum multorum & symptomatum Curatiua.

22. 5.

Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν, οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον εἰς ἀσφάλειαν, δέρμα μαλάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον· ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων παρηγορικόν· τὴν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ καρηβαρείαν λύει· πλεῖστον καὶ διαφέρει ὀστέων κατάγμασι, μάλιστα δὲ τοῖσιν ἐψιλωμένοισι· τουτέων δὲ μάλιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ ἕλκεα ἔχουσι· καὶ ὁκόσα ὑπὸ ψύξιος θνήσκει ἢ ἑλκοῦται, καὶ ἕρπησιν ἐσθιομένοισιν, ἕδρῃ, αἰδοίῳ, ὑστέρῃ, κύστει, τουτέοισι τὸ θερμὸν φίλον καὶ κρῖνον, τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον.

FRIGIDVM VERO conuulsiones, tetanos, nigrores, & rigores febriles efficit. 17. 15.

MORBI NONNULLI & SYMPTOMATA: Ab immodicè Refrigerantibus orta.

Τὸ δὲ ψυχρὸν σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, καὶ ῥίγεα πυρετώδεα.

FRIGIDVM, vlceribus mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, nigrores, rigores febriles, conuulsiones, & distensiones. 20. 5.

Ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα περισκληρύνει, ὀδύνην ἀνεκπύητον ποιέει, μελασμοὺς, ῥίγεα πυρετώδεα, σπασμοὺς, καὶ τετάνους.

Quæ partes ab immodicè frigidis, magis offendantur.

FRIGIDA, velut nix & glacies, pectori inimica, tusses mouent, sanguinis fluxiones & destillationes. 24 5.

Τὰ ψυχρὰ, οἷον χιὼν κρύσταλλος, τῷ στήθει πολέμια, βηχέων κινητικὰ, αἱμοῤῥοϊκὰ, καταῤῥοϊκά.

Quæ partes Calore moderato maximè recreentur.

FRIGIDVM inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medullæ: Calidum verò amicum. 18. 5.

18. Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ· τὸ δὲ θερμὸν ὠφέλιμον.

APHORISMI

DE CÆTERIS *MORBORVM CAVSIS*, *euidentibus, ſeu Rebus non naturalibus immoderatis, ſcilicet Cibo & Potu, &c.*

NOn ſatietas, non fames, nec aliud quicquam, quod naturæ modum excedit, bonum.

Primò, Cibi ac potus nimia copia vel paucitas, MORBORVM CAVSAE.

2. 4.

Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ᾽ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅτι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ.

Vbi præter naturam ingeſtus eſt copioſior cibus, hic morbum facit; indicat autem ſanatio.

17. 2.

Ὅκου ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν πλείων ἐσέλθῃ, τὴν νοῦσον ποιέει· δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις.

Somnus & vigilia, vtraque modum excedentia, morbus. 71. 7.

2. Somnus & vigilia immoderatæ, MORBORVM CAVSAE.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα μᾶλλον τοῦ μετρίου γινόμενα, νοῦσος.

3.
MOTVS CORPORIS IMMODICVS. Qui nempe defatigat, fit MORBI CAVSA nisi quiete leuetur.

In omni Motu corporis, cùm fatigari cœperit, quies statim lassitudinem leuat, (*seu quiescendum*).

48. 2.

Ἐν πάσῃ κινήσει τοῦ σώματος, ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαναπαύειν αὐτίκα, ἄκοπον.

Intempestiuus quoque, tempore famis etiam MORBI CAVSA.

Vbi fames, laborandum non est.

16. 2.

Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν.

4.
EXCRETIO seu vacuatio excrementorum, præsertim per aluum in quibus bene fit, SANITATIS EST CAVSA. E contra RETENTIO, pauca vè excretio, EST MORBI CAVSA.

Quibus aluus est humida, si quidem iuuenes sint, melius degunt, quam quibus est sicca: At in senectute deterius degunt; senescentibus enim vt plurimum resiccatur.

53. 2.

Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι, νέοι μὲν ἐόντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόντων. ἐς δὲ τὸ γῆρας, χεῖρον ἀπαλλάσσουσι· ξηραίνονται γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖσιν ἀπογηράσκουσι.

Plurimum ac repente vacuare, replere, calfacere, refrigerare, aut alio modo corpus mouere, periculosum; Omne siquidem nimium, naturæ est inimicum; sed quod paulatim fit, tutum est, præsertim cum ab altero ad alterum fit transitus. 51. 2.

Sic & VACVATIO horum copiosior & repẽtina, pariter MORBIFICA: Nec non & REPLETIO nimia alimẽtorum, itidemque ALTERATIO magna & subitanea, præsertimq; caloris & frigoris naturæ grauis atque molesta.

Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. Καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. Τὸ δὲ κατ᾽ ὀλίγον, ἀσφαλές, καὶ ἄλλως ἢν τις ἐξ ἑτέρου ἐφ᾽ ἕτερον μεταβαίνῃ.

Si metus & tristitia longo tempore perseuerent, melancholiam progenerant. 23. 6.

5.
PASSIONES item ANIMI immoderatæ, sũt MORBORVM CAVSAE, v. g. Metus & tristitia Causæ Melãcholiæ

Ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Porrò de causis morborum internis, (nempe contentorum in corpore humorum vitijs) nihil statutum in Aphorismis, nisi duntaxat De præcipuis eorum generibus, scilicet repletione & inanitione generatim. Aph. 22. 2.

APHORISMI DE ÆTATIBVS, EARVMQVE MORBIS VAriis subiuncti.

IN censu Causarum morborum, euidentium agitur de ÆTATIBVS seu vitæ variis temporibus, ideo quod, etsi, nec per se & immediatæ sint MORBORVM CAVSÆ; horum tamen OCCASIONES censeantur, quod earum decursu, Corporis partium & humorum Crasesws naturalis varia contingat mutatio; Tam à Causa interna, nempe Caloris natiui energia, quæ temperiem viuentis calidam humidam ab ortu ad senium continenter immutat; Quàm ab externa, scilicet Victus ratione ferè diuersa & peculiari, per Ætates; quibus de causis inducta temperamenti alteratio, Causa demùm est proxima; cur certi morbi, in quauis ætate sobolescant.

Secundum ætates verò, Hæc accidunt PARVIS ET NVPER NATIS, oris vlcera, vomitiones, tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates. 24.3.

MORBI SYMPTOMATA infantiæ tenellæ.

Ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε συμβαίνει· τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναὶ, ὤτων ὑγρότητες.

DENTITIONIS TEMPVS ATTINGENTIBVS gingiuarum pruritus, febres, conuulsiones, alui profluuia, & maximè, cùm caninos edunt dentes, & præsertim pueris crassissimis, & aluum duram habentibus. 25.3.

MORBI & SYMPTOMATA infantes circa dentitionem infestantia.

Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν, οὔλων ἰδαξισμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάρροιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παίδων, καὶ τοῖσι σκληρὰς τὰς κοιλίας ἔχουσι.

GRANDIVSCVLIS VERO FACTIS, tonsillarum inflammationes, vertebræ in occipitio introrsum luxationes, asthmata, calculi, lumbrici ro-

Pueritiæ MORBI & SYMPTOMATA.

tundi, aſcarides, verrucæ penſiles, ſatyriaſmi, ſtranguriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, præcipuè vero antedicta. 26.3.

Πρεσβυτέροισι δὲ γενομένοισι παρίσθμια, σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, στραγγουρίαι, χοιράδες, καὶ τ' ἄλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Morbi et Symptomata Puberum.

GRANDIORIBVS AVTEM ADHVC, ET AD PVBERTATEM ACCEDENTIBVS, plurimi ex his, vt febres diuturnæ magis, & ex naribus ſanguinis fluxiones. 27.3.

Τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, τουτέων τε τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες.

Prognoſticũ Criticum, ermini & olutionis Morborum u urnorũ ueris ob ngentium delicet: A-

PVERIS AVTEM, plurimi Morbi iudicantur: Alij in quadraginta diebus, alij in ſeptem menſibus, quidam in annis ſeptem: nonnulli vero ipſis ad pubertatem progreſſis. Qui vero pueris permanſe-

rint, neque circa pubertatem soluti fuerint, aut fœminis circa mensium eruptionem, inueterascere consueuerunt.

liorum, die quadragesimo, quorundam anno septimo, Nonnullorũ pubertatis tempore & se vel is, circa mensiũ eruptionem. Certorum autem ipso senio.

28. 3.

Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. Ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι πάθεα, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν.

ADOLESCENTIBVS, sanguinis spuitiones, tabes, febres acutæ, epilepsiæ, aliique morbi; sed præcipuè antedicti.

MORBI ET SYMPTOMATA adolescentum.

29. 3.

Τοῖσι δὲ νεηνίσκοισιν, αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τ' ἄλλα νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

VLTRA HANC ÆTATEM PROVECTIS, asthmata, pleuritides, peripneumonię, lethargi, phrenitides, febres ardẽtes, diutũrna alui profluuia.

IVVENVM morbi & incommoda præcipua.

choleræ, dyſenteriæ, lienteriæ, hæmorrhoides. 30.3.

Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάῤῥοιαι χρόνιαι, χολέραι, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες.

MORBI AC SYMPTOMATA Senibus magis familiaria.

SENIBVS, ſpirandi difficultates, & deſtillationes cum tuſſi, ſtranguriæ, dyſuriæ, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexiæ, cachexiæ, pruritus totius corporis, vigiliæ, alui, oculorum & narium humiditates, viſus hebetudines, glaucomata, auditus graues. 31.3.

Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι δύσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες βαρυηκοΐαι.

ALVVS HVMIDA in iuuentute, ſeneſcentibus in ſiccam mutari ſolita, & è contra.

Quibus in iuuentute aluus eſt humida, his in ſenectute exſiccatur: Quibus verò in iuuentute aluus eſt ſicca, his ſeneſcentibus humectatur. 20.2.

Ὁ κοσόισιν νέοισιν ἐοῦσι, αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσιν ξηραίνονται. Ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν, αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομένοισι ὑγραίνονται.

Ob mutationem temperamenti per ætates.

Magnitudo corporis, iuuentuti quidem, eſt liberalis ac ſpecioſa, ſenectuti vero inutilis & deterior paruitate.

CORPORIS FORMA iuuentuti decora, eſt Magnitudo penes Altitudinem.

54. 2.

Μεγέθει δὲ σώματος, ἐννεάσαι μὲν ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀηδές· ἐγγηράσαι δὲ δύσχρηστον, καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

Quæ ſenectuti grauis & moleſta, Quia curuitati eſt obnoxia.



METHODI APHORISMORVM DIPSOSITIVÆ,

SECTIO SECVNDA.

Complectens Aphoriſmos, ad Simioticen ſpectantes,

Siue de ſignis inſalubribus ſententias, tùm Diagnoſticas, tùm Prognoſticas.

PRÆFATIO.



POLLINIS vatem Calchantem, Homerus ea rerum notitia inſignem, atque ſpectandum prædicat, ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. Cuius propterea oraculis & conſilio, Græci tam in arcanis Deûm euoluendis, quam in vrgentium malorum cauſis abditis exquirendis, plerumque rege-


Iliados α.

regebantur. VERVM ſimili arte, haud minori iure præditum, diuæ Apollinis artis ſacerdotem Medicum eſſe decet; cuius præſidio, in diſpoſitione Mortalium incolumi, nec non ægra & imbecilli latentes & occultas Affectuum internorũ ideas ſcrutari, dubios euentus vaticinio aſſequi, & prægreſſa, reduci memoria, menti ſubijcere valeat. Quæ diuinandi vis & ſolertia non modo Medenti valde honorifica, dum videtur, numinis inſtar, ea cognoſcere, quæ à ſenſibus ſunt remota, aut multo poſt futura, antea præuidere: ſed & magnopere vtilia ad morbos, vel diligenti cautione auertendos, vel cura exquiſita remouendos. Medendi etenim principium, eſt morbi cognitio. HÆc porrò Scrutatrix pars Medicinæ σημειωτικὴ dicta, eo quod certis ſign,s notiſque ſenſibilibus ad Affectuum intimorum perceptionem, artificioſa coniectura progrediatur, duas partes inſignes eſt ſortita, διαγνωστικὴν, & προγνωστικὴν, (ἀναμνηστικὴ enim, ſeu præteritorum commemoratio, quia his

Galen. 2. Methodi cap. 7.

ſolummodo vſum præſtat, commodè ſub iſtis, ſine vllo doctrinæ diſpendio, comprehenditur. DIAGNOSTICE, eſt perſpicax medici vis & facultas, qua diſpoſitiones præſentes corporis, imis receſſibus abſconditas, certis indicijs, tanquā perſpicilijs, diſquirit & intuetur. PROGNOSTICE vero, ſubtilis ille animi proſpectus, & pręuiſio: Quæ Mutationes in morbis obtingentes dubioſque euentus, oraculorum inſtar, prædiuinat, humanæ equidem pars illa prudentiæ, quæ cum in omnibus actionibus dirigendis, tanquam lumen naturale à Deo conceſſum, ſoleat effulgere, non in eligendis modo ad finem conuenientibus medijs, ſed in prę-uidendis rerum euentibus inſigniter; In prognoſi autem medica κυρίως eluceſcit. Qua inſtructus Medicus, non ſecus ac Imperator hoſtium inſidias; nauta æquori ſe committens futuras tempeſtates; agricolæ varias aëris mutationes cognitione ſtudent aſſequi, vt tandem victoriam, portum, & frugum vbertatem adipiſci valeant: Sic

Medicus, προγνοίας beneficio, futuros in morbis euentus præsentiens, quæ deinde ab arte perfici queant salutis restituendæ gratia internoscat, & Medendi τὸν καιρὸν, in quo præcipua Medicinæ vis effulget, inde melius capessat. Quæ vero sperari ab arte non possint nusquam aggrediatur, & præsidia quę multis fuere saluti, haud temerè infamanda, prospiciat. Ex quo maximum sibi decus & honorem apud omnes, confidentiam & obsequium apud ægros, ad omnia quæ imperat exequenda comparabit. Porrò hanc partem plerisque Aphorismis satis fusè complexus est Hippocrates. Diagnosticen vero perstricte.



APHORISMI

PRIMO DE DIAGNOSI,

SEV SIGNIS DIAGNOSTICIS

Affectuum præter naturam generatim;

NVMERO PAVCI,

IIQVE DVNTAXAT,

De Signis Partis Affectæ, seu Sedis Morbi, in genere.

SIGNA DIAGNOSTICA, PARTIS AFFECTAE. Depromútur à Symptomatis, Et primo à Qualitatibus corporis immutatis, præsertimque primis, CALORE ET FRIGORE. Secundo, ab ACTIONIBVS læsis. Et præcipuè A DOLORE, eiusque specie, vel magnitudine.

QVA parte corporis ineſt Calor aut frigus, ibi morbus. 39. 4.

Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος.

Dolores laterum & pectoris, cæterarumque partium, an multum differant perquirendum. 5. 6.

Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι, καὶ ἐν στήθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν, ἢν μέγα διαφέρωσι, καταμαθητέον.

Sed & si quæ pars ante morbum doluerit, hîc morbus firmatur. 33. 4. A Dolore, etiam prægresso.


Ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.

Qua parte corporis sudor est, ibi morbum esse significat. 38. 4. Tertiò, Ab Excretis, & speciatim A SVDORE.

Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ἱδρὼς, ἐνταῦθα φράζει τὴν νοῦσον. Quartò, Ab Egestionibus & lotio. Aphor. 79. & 66. sect. 7.

Signa partium affectarum, in specie, infra nonnulla traduntur, in Affectibus partium.

Signa porrò causarum Morbificarum & specierum Morbi, vniuersalia, non attigit Hippocrates in Aphorismis. Hæc autem ex iisdem fontibus, ac sedes morbi depromuntur.



APHORISMI DE PROGNOSI, SEV PROGNOSTICÆ SENTENTIÆ.

Prognosticum Morbi venturi.

LAssitudines spontaneæ, morbos prænuntiant. 5. 2.

Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους.

DE SIGNIS PROGNOSTICIS MORBORVM.

Et primo de Signis Criticis, in Morbis acutis; ac præsertim Febribus.

MORBI ACVTI, habiti maximè, qui Crisi solvantur, ET Quo termino, Acuti simpliciter dicti iudicentur.

ACuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. 23.2.

Τὰ ὀξέα τῶν νουσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

Tertianæ febris exquisitæ, terminus.

Tertiana exquisita, septenis ad summum circuitibus iudicatur. 59. 4.

59. Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι, τὸ μακρότατον.

Septimanæ primæ, Quartus est index, Octauus sequentis hebdomadæ est principium: Vndecimus quoque est contemplabilis, ipse enim secundæ septimanæ quartus est: Rursus vero Decimusseptimus spectandus est, is enim à quartodecimo, quartus est, & ab vndecimo septimus. 24. 2.

DIES CRITICI in quibus contingit Crisis ET INDICES, in quibus futura præuidetur, Præcipui statuuntur.

Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδηλος· ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη ἀρχή. Θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη. αὕτη γὰρ ἐστὶ τετάρτη τῆς ἑτέρης ἑβδομάδος. Θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη. αὕτη γὰρ ἐστὶ τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.

Quibus die septimo crisis futura est, his vrina quarto die, nubeculam habet rubram, & cætera pro ratione. 71. 4.

SIGNVM prognosticũ, crisis futuræ septima die, est figura coctionis in vrina, nempe NVBECVLA die quarto cõspicua.

Ὁκόσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον.

Quibus crisis instat, nox quæ accessionem præcedit, grauis; Quæ vero subsequitur, leuior ferè solet existere. 13. 2.

SIGNVM Crisis instãtis, est nox præcedens grauior.

Ὁκόσοισι κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος, ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ· ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

RIGOR ritidè critico die ortus, crisis in febre acuta antesignanus.

Si febre ardente laboranti, rigor superueniat, solutio fit.

58. 4.

Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ γινομένου ῥίγεος, λύσις γίνεται.

Eôdem spectat 46. 4.

RIGOR PERIODICVS, in febribus intermittentibus quotidie repetens, toties est nuntius solutionis paroxysmi.

Quibus in febribus, quotidie rigores repetunt, eodem febres soluuntur. 63. 4.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνεται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται.

SIGNA dyscrisiæ in genere.
Primò, Sumptum à Type itato febris.

Quibus paroxysmi fiunt, quacumque hora febris dimiserit, eadem si postero die repetat, iudicatu difficilis est. 30. 4.

Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἣν αὐτὴν ὥρην ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ἐς τὴν αὔριον τὴν αὐτὴν ὥρην ἢν λάβῃ, δύσκριτα.

Secundò, A Rigore sexto die contingente.

Quibus in febribus, sexto die rigores fiunt, crisis est difficilis.

29. 4.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐκταί-οισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτα.

In constantibus temporibus, cùm tempestiuè tempestiua redduntur, Morbi stabiles & boni iudicij accidunt: inconstantibus autem instabiles, & mali iudicij. 8. 3.

Tertiò, A Temporũ constitutione stata ac tempestiua, vel instabili.

Quæ relinquuntur in morbis à Crisi, Recidiuas facere consueuerunt. 12. 2.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νού-σοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

CRISIS IMPERFECTA, ex qua reliquiæ, seu materia superstes signũ est & CAVSA Recidiuæ.

Febricitantem, nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet reuerti. 61. 4.

Πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποστροπιάζειν εἴωθεν.

Crisis quoque seu febris solutio: non contingens die critica, est CAVSA recidiuæ.

Cum Aestas sit similis Veri, sudores in febribus, multi sunt expectandi. 6. 3.

CRISIS PER SVDOREM: fit vt plurimũ tepenti æstate.

Sudores febricitantibus boni, qui manare cœperint die tertio, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto, decimoseptimo,

SVDOR CRITICVS ET LAVDABILIS est, Qui diebus decreto-

boriis con tingit; hîc recensitis.

vigesimoprimo, vigesimoseptimo, trigesimoprimo & trigesimoquarto. Hi enim sudores morbos iudicant; Qui secus euenerint, laborem, morbi longitudinem, & recidiuas significant. 36.4.

Ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι. καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μιῇ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριακοστῇ πρώτῃ, καὶ τριακοστῇ τετάρτῃ. Οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν· οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνον σημαίνουσι, καὶ μῆκος νούσου, καὶ ὑποτροπιασμούς.

Exceptio superioris aphorismi.

Et SIGNA dyscrisię per sudorem.

Sudores in diebus criticis facti vehementes & celeres periculosi, & qui ex fronte, velut guttæ & aquæ scaturientes expulsi, & frigidi valde atque multi; necesse est enim hunc sudorem prodire cum vi, laboris excessu, & expressione diuturna. 4.8.

Ἱδρῶτες ἐν τῇσι κρισίμοισιν ἡμέρῃσι γινόμενοι σφοδροὶ καὶ ταχέες, ἐπικίνδυνοι· οἱ ὠθούμενοι ἐκ τοῦ μετώπου, ὥσπερ σταλαγμοὶ καὶ κρουνοί. καὶ ψυχροὶ σφόδρα καὶ

πολλοί. ἀνάγκη γὰρ τὸν τοιοῦτον ἱδρῶτα προδιέεσθαι μετὰ βίης, καὶ πόνου ὑπερβολῆς, καὶ ἐκθλίψιος πολυχρονίου.

A sudore, horror, non bonum. 3. 7.

Signũ quoq; Crisis per sudorem, illaudabilis. Primò, Est horror consequens.

Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη, οὐ χρηστόν.

Febricitanti sudor superueniens, febre non deficiente, malum, &c. 56. 4.

Secundò, demũ etiã est febris nõ deficiens.

Quibus elata hypochondria murmurant, lumborum dolore superueniente, his alui humectantur, nisi inferne flatus erumpant, aut vrinæ copia profluat, atque hæc in febribus. 73. 4.

SIGNUM crisis futuræ per alui fluorem, est hypochondriorũ murmur & lumborum dolor.

Ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζονται, ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγινομένου, αἱ κοιλίαι τουτέοισι καθυγραίνονται· ἢν μὴ φῦσαι καταρραγέωσιν, ἢ οὔρου πλῆθος ἐπέλθῃ· ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα.

In profluuiis alui, mutationes excrementorum iuuant, nisi ad praua mutatio fiat. 14. 2.

Signum crisis laudabilis, per alui fluxum, est humorum, excretorum varietas.

Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν, αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

CRISIS PER VRINAE FLVOREM soluit morbos abſceſſum in articulis, facturos.

Quibus ſpes eſt, ad articulos, abſceſſum futurum, abſceſſu liberat vrina multa, craſſa & alba reddita, qualis in febribus laborioſis, quarto die quibuſdam exire incipit. Quod ſi ex naribus etiam ſanguis profluxerit, breui admodum ſolutio fit.

CRISIS PER HAEMORRHAGIAM morbis quoque cito ſol. uendis aptiſſima.

74. 4.

Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς τὰ ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ, καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι. Ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμορραγήσῃ, καὶ πάνυ ταχὺ λύεται.

SIGNVM COCTIONIS materiæ morbificæ eſt Mutatio vrinæ Craſſę in tenuiorem.

Quibus febricitantibus vrinæ ſunt craſſæ, grumoſæ, paucæ, Multitudo tenuium, ab his ſuperueniẽs, iuuat. Maximè vero tales redduntur, quibus ſtatim ab initio, aut paulo poſt ſedimentum ineſt.

69. 4.

Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδεα, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν, ὠφελέει· μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔρχεται οἷσιν ἐξ ἀρχῆς ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει.

Quibus diuulsæ sunt vrinæ, his fit vehemens in corpore turbatio. 33. 7.

Ὁκόσοισι δὲ διεστηκότα τὰ οὖρα γίνεται, τουτέοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματι ἐστίν

SIGNVM perturbationis Criticæ, vel symptomaticę est *vrina diuulsa.*

Quibus in febribus vrinæ turbatæ, quales iumentorum, his dolores capitis adsunt, aut aderunt. 70 4.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα, οἷον ὑποζυγίων, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται.

SIGNVM CRVDITATIS humorū, ob eorum, tum copiam, tum crassitiem, *est Vrina perturbata & subiugalis.*

Quibus perspicuæ & albæ sunt vrinæ, malæ; præsertim si in phreneticis appareant. 72. 4.

Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκά, πονηρά. μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

Signū Cruditatis ob caloris natiui debilitatē vel signum Metastasis humoris biliosi ad cerebrum.

Quibus in febribus Morbus regius superuenerit ante septimum diem, malum. 62. 4.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν.

SIGNVM CRISIS PER ICTERVM Malæ, si ante septimum contingat.

Signũ Icteri ſalutaris, ſi accidat die critico quodam, & hypochondrio dextro minimè duro.

Quibus in febribus, Morbus regius die ſeptimo, nono, & vndecimo, aut decimoquarto ſuperuenerit, bonum: Niſi dextrum hypochondrium durum ſit, alioqui minime bonum. 64. 4.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐννάτῃ, ἢ τῇ ἑνδεκάτῃ ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθόν, ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ· ἢν δὲ μή, οὐκ ἀγαθόν.

SIGNVM criſis per abſceſſum futuræ, eſt febris longitudo.

Quibus febres longæ, his tubercula ad articulos, vel dolores fiunt. 44. 4.

Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροί, τουτέοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐγγίνονται.

Signũ quoque, ac Cauſa Abſceſſus poſt febrem contingentis eſt Ciborum copia.

Quibus tubercula ad articulos vel dolores fiunt poſt febres, hi pluribus vtuntur cibis. 45. 4.

Ὁκόσοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐκ πυρετῶν [μακρῶν] γίνονται, οὗτοι σιτίοισι πλείοσι χρέονται.

SIGNVM ſignãs partē m, in qua futurus ab-

Quibus per febres, laſſitudinis ſenſus, his ad articulos & iuxta maxillas potiſſimũ abſceſſus fiũt. 31. 4

Τοῖσι κοπώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα αἱ ἀποστάσιες γίνονται.

ſceſſus criticus.

Quibus, ex morbo conualeſcentibus, pars aliqua laborat, eo loci abſceſſus fiunt. 32. 4.

1. Eſt ſenſus laſſitudinis in febribus.
2. Eſt dolor partis alicuius declinante morbo.

Ὁκόσοισι δὲ ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων τι πονέει, ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται.

Sed & ſi quæ pars ante morbum laborauerit, hîc morbus firmatur. 33. 4.

3. Dolor partis alicuius, ante morbum.

Vbi fauces ægrotant, aut tubercula exoriuntur in corpore, excretiones ſpectare oportet; Nam ſi bilioſæ fuerint, vnà corpus ægrotat: ſi vero ſanis ſimiles extiterint, tutum eſt corpus nutrire. 15. 2.

SIGNVM criſis per abſceſſum, perfectæ vel imperfectæ, eſt Excretio bilioſa per aluum, aut ſanis ſimilis.

Ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι ἐκφύεται, χρὴ τὰς ἐκκρίσιας σκέπτεσθαι. Ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει· ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖσιν ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

Et ſubiunctū PRAECEPTVM DIAETETICVM ad analepſim.

APHORISMI
DE SIGNIS PROGNOSTICIS
SALVTIS ET MORTIS,
In Morbis acutis, ac præsertim Febribus.

Primò, Cautiones quædam generales in prædicendo.

PROGNOSEOS CAVTIO PRIMA, Diæta à Morbi motu celeri, in acutis, quo incerta prædictio ſpeſque euentus vitæ aut necis ſubijcitur.

ACutorum Morborum non omnino certæ ſunt Prædictiones, neque ſalutis, neque mortis. 19. 2.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγιείης.

SECVNDA Ex Alleuiatione ſubita Morbi ac Symptomatũ ſine Cauſa contingente.

His, quæ ſine ratione alleuiantur fidere non oportet, nec multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt: Multa enim horum ſunt incerta, nec permanere diu, aut perſiſtere conſueuerunt. 27. 2

Et ex Mutatione ſubita

Τοῖσι

Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν, οὐ δεῖ πιστεύειν· οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. Τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθεν.

in deterius, præter rationem apparente. Quibus docetur nec certo ſperandũ eſſe Medico. nec etiam temere diffidẽdum ac deſperandum de ſalute,

---

PROGNOSTICA

AB IPSA MORBI IDEA, PVTA AB IPSA FEBRE.

EX bubonibus, febres omnes malæ, præter ephemeras. 55.4.

PROGNOSTICVM febris. Primò, Ab eius Cauſa, ac nominatim ab Inflammatione cuiuſdã emunctorij, v. g. inguinum.

Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ, πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

Febres non intermittentes; quæ tertio quoque die vehementiores fiunt, periculoſiores: Quouis modo autem intermiſerint, periculoſas ſe non eſſe ſignificant. 43.4.

Secundò, Ab eius motu die tertio, Et continuitate, vel intermiſſione.

Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, μᾶλλον ἐπικίνδυνοι· ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι.

PROGNOSTICA EX SYMPTOMATIS DEPROMPTA.

Et primo ex Actionibus læsis, atque in primis; Animalibus.

PROGNOSTICA, TAM SALVTARIA, QVAM LETHALIA: Et primo quidem à RATIOCINATIONE, vel integra, vel læsa; Præsertim in Delirio.

IN quouis morbo Rationem valere, & rectè se habere ad ea quę sumuntur, bonum: è contra vero, malum. 33. 2.

Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν· τὸ δ' ἐναντίον, κακόν.

1. Speciatim Mania:

Si quis sensim rabie efferatur, si quis non cognoscit, non audit, non intelligit, lethale est. 16. 8.

2. à SENSVVM externorum & internorũ functione abolita, seu ἀναισθησία.

Καὶ λυσσώων ἀτρέμα, καὶ ἀγνοέων, καὶ μηδὲ ἀκούων, μηδὲ ξυνιεὶς, θανατώδης.

Eôdem spectat 49. 4.

3. A Sensus Communis actione læsa, Nempe

In quo morbo somnus laborem facit, lethale: si vero iuuat, non lethale. 1. 2.

ἘΝ ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον. ἢν δὲ ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

Somno laborioso, seu sopore ac lethargo.

Vbi somnus delirium sedat, bonum. 2. 2.

Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν.

4. A Somno delirium sedante.

Somnus & vigilia, vtraque modum excedentia, malum. 3. 2.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, κακόν.

5. A vigilia ac somno immoderatis.

Tenebricosa vertigine laborans, lucem auersans, & somno multo detentus, desperatus est. 15. 8.

Καὶ σκοτοδινιῶν, καὶ ἀποστρεφόμενος, καὶ ὕπνῳ καὶ καύματι πολλῷ κατεχόμενος, ἀνέλπιστος.

6. A Vertigine ac Visione deprauata, somnoque graui cum ardore.

In febribus, ex somnis pauores aut conuulsiones, malum. 67. 4.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι ἢ σπασμοί, κακόν.

7. Ab Insomnijs, in somno terrorem ind[illegible]centibus, & somno conuulsionibus comitato.

In febribus acutis conuulsiones, & circa viscera dolores fortes, malum. 66. 4.

8 A MOTV DEPRAVATO & primo,

Conuulſione in febribus contingente.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσιν ὀξέσιν οἱ σπασμοὶ καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ, κακόν.

Febrem, conuulſioni ſuperuenire, melius eſt, quam febri conuulſionem. 26.2.

Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

Nonò, A Tremore, & hunc conſequente delirio.

Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, hos delirium ſoluit. 26. 6.

Ὁκόσοισιν αὖ ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γίνονται, παρακοπὴ λύει.

Decimò, A Rigore, viribus iam fractis incidente.

Si rigor, in febre non intermittente, incidat, ægro iam debili, lethale eſt. 46. 4.

Ἢν ῥῖγος ἐμπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον.

Vndecimò, A voce luctuoſa, & ſuſpirijs.

In morbis acutis cum febre, luctuoſa ſuſpiria, mala. 58. 4.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, κακαί.

Duodecimò, A Dyſpnœa

In febribus ſpiritus ſubſiſtens,

malum: conuulſionem enim ſignificat. 68. 4.

cum intermittente reſpiratione.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πνεῦμα προσκόπτον, κακόν· σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

XIII. A Dyſpnœa cum delirio.

Quando in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium acciderit, lethale eſt. 50. 4.

Ὅκου ἂν ἐν τῷ πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γίνηται καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

XIV. A Suffocatione repentina, abſque faucium tumore conſpicuo,

Si febricitanti, nullo in faucibus exiſtente tumore, ſuffocatio derepente accidat, lethale. 34. 4.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιγίνηται, θανάσιμον.

XV. Deglutitione læſa & colli intorſione abſque tumore.

Si febricitanti collum ſubito intorqueatur, & vix deglutire queat, nullo exiſtente tumore, lethale eſt. 35. 4.

Ἢν ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ, καὶ μόλις καταπίνειν δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος, θανάσιμον.

6. PROGNOSTICVM ab Actione Vitali læsa, Nempe Animi deliquio aut syncope vehementi & crebra.

Qui frequenter atque fortiter, sine manifesta causa, animo deficiunt, derepentè moriuntur. 41.2.

Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος, ἐξαπίνης τελευτῶσι.

7. PROGNOSTICVM ab Actione Naturali læsa.

In morbo diuturno Cibi fastidium & dejectiones syncerae, malum. 6.7.

Ἐν νόσῳ πολυχρονίῃ ἀποσιτίη καὶ ἄκρητοι ὑποχωρήσιες, κακόν.

Ac præsertim ab Inappetētia in Morbis diuturnis maximè perniciosa.

Eodem spectat 33.2.

8. Et ex Appetentia bona, cibique ingestione post morbū, & nihilominus imperfecta Nutritione Corporis robur & molē nō augente.

Si à morbo, cibum benè capienti Corpus nihil proficiat, malum.

31. 2.

Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης σιτέοντι, μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα, μοχθηρόν.

19 Ab appetentia statim equidem à morbo vigēte, nec reficiē te, Postmodū vero, Diæta.

Omnes ferè malè habentes, qui per initia belle cibum capiunt, nec proficiunt, circa finem tandem cibum fastidiunt: Qui vero per initia, cibum valdè fastidiunt, postea

autem bellè assumunt, ij melius euadunt. 32. 2.

Vel ex inappetentia primo, & posteà valente Appetitu. Designantur qui citius aut tardius à morbo conualescant.

Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες, κατ' ἀρχὰς μὲν σιτέοντες, καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες, πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσιν. Οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσιτέοντες ἰσχυρῶς, ὕστερον εὐσιτέοντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσιν.

PROGNOSTICA AB AMETRIA IN EXCRETIS.

Prognostica salutaria et lethalia, et primò ex sudore.

Frigidi sudores, cum febre quidem acuta, mortem: cũ mitiori vero morbi longitudinem significant. 37. 4.

Ac primo ex Sudore frigido.

Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γιγνόμενοι, θάνατον. ξὺν πρηυτέρῳ δὲ, μῆκος νόσου σημαίνουσι.

Secundò, A sudore copioso & continuo.

Sudor multus, frigidus vel calidus semper fluens; frigidus maiorem, calidus minorem significat morbum. 42. 4.

Ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς ἢ θερμὸς ἀεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζω, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσω νοῦσον σημαίνει.

Tertiò, Et Sudore febrim non soluente.

Febricitanti sudor superueniens, febre non deficiente, malum, &c. 56. 4.

Quibus Sudor in interitu superueniat, nec ne, cognoscitur ex Habitu corporis Raro, vel denso.

Quibus cutis arida & dura, obtenditur, sine sudore intereunt. Quibus vero rara & laxa, cum sudore moriuntur. 71. 5.

Ὁκόσοισι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ, ἄνευ ἱδρῶτος τελευτῶσιν· ὁκόσοισι δὲ χαλαρὰ καὶ ἀραιὰ, σὺν ἱδρῶτι τελευτῶσιν.

Eôdem spectat 36. 4.

PROGNOST. à Sanguinis eruptione, supra vel infra.

Sanguis supernè quidem excretus, qualiscumque sit, malum: Infernè autem si niger excernatur, bonum. 25. 4.

Αἷμα ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν· κάτω δὲ, ἀγαθὸν μέλαν ὑποχωρέον.

Secundò, A Sanguine excreto per os cum adiuncta febre.

Qui sanguinem vomunt, si sine febre, salutare est: si cum febre, malum. Curare vero oportet refrigerantibus & astringentibus. 37. 7.

Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον· εἰ δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν. Θεραπεύειν δὲ τοῖσι ψυκτικοῖσι, καὶ τοῖσι στυπτικοῖσι.

Quibus

Quibus in febribus Quartanis sanguis fluxerit è naribus, malum. 3. 8.

3. A Sanguinis è naribus fluxu in quartana febre.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἐστιν αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆ, πονηρόν.

Morbis quibusuis incipientibus si atra bilis, supra vel infra exierit, lethale. 22. 4.

4. PROGN. MALVM Ab Atræ bilis Excretione supra, vel infra, tùm in Morborum omnium principio: tum etiam in morborũ progressu.

Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω, ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον.

Quibus Ex morbis acutis, aut diuturnis, aut vulneribus, aut alio modo extenuatis, atra bilis, aut velut sanguis niger exierit, postridie moriuntur. 23. 4.

Ὁκόσοισιν ἐκ νοσημάτων ὀξέων, ἢ ἐκ πολυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως πως λεπτυνομένοις χολὴ μέλαινα, ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ὑπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

Deiectiones nigræ, qualis est sanguis niger, sponte prodeuntes, siue cum febre, siue sine febre, pes-

5. A Deiectionũ Colore atro, aut aliis diuersi colo-

ris, etiam praui, vt viridis liuidi cineritij, &c.

ſimæ, & quanto ipſarum colores peiores plures fuerint, eo peius eſt. A medicamento autem melius, idque quanto plures fuerint colores, minime praui. 21. 4.

Ὑποχωρήματα μέλανα, ὁκοῖον αἷμα μέλαν, αὐτομάτου ἰόντα καὶ ξὺν πυρετῷ καὶ ἄνευ πυρετοῦ, κάκιστα. Καὶ ὁκόσα ἂν τὰ χρώματα ὑποχωρημάτων πλείω πονηρότερα ᾖ, μᾶλλον κάκιον· ξὺν φαρμάκῳ δὲ, ἄμεινον· καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείω χρώματα, οὐ πονηρά.

6. PROGNOSTICVM Ab Excretionũ tûm per ſputum, tûm per deiectiones & vrinas Colore liuido & cruento, Odore fœtido, Excernẽdi modo, & tempore conuenienti, necne, Humorũ que excuntium, vel noxiorum, vel vtilium, ſpecie diuerſa.

Excreationes in febribus, non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, bilioſæ, omnes malæ, commodè tamen ſi prodeant bonæ; Sic etiam quæ per alui deiectiones & vrinas: Si quid vero horum quę non confert (excerni) per hęc loca excernatur, malum. 47. 4.

Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἱ πελιδναὶ καὶ αἱματώδεες, καὶ χολώδεες καὶ δυσώδεες, πᾶσαι κακαὶ· ὑποχωρέουσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί· καὶ κατὰ κοιλίην, καὶ κύστιν, καὶ ὅκου ἄν τι ὑποχωρέον στῇ μὴ κεκαθαρμένον, κακόν.

In morbo diuturno cibi faſtidium & deiectiones ſynceræ, malum. 6. 7.

7. A Deiectionibus ſynceris & Meracis, in morbis præſertim lõgis.

Qualia, quæ per veſicam, aut aluum decernuntur, & quæ per carnes abeunt, & ſicubi corpus à natura recedat, ſpectare oportet. Nam ſi parum, leuis eſt morbus, ſi multum, magnus; ſi valde multum, lethale eſt.

79. 7.

8. AB EXCRETIONVM ſiue per aluũ vrinas aut ſudores, Receſſu ac Diſſimilitudine maiori vel minori, à naturali earum & ſana conſtitutione.

Ὁκοῖα καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κύστιν, καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κοιλίην ὑποχωρήμασι, καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὰς σάρκας, καὶ ἤν πῃ ἄλλῃ τῆς φύσεως ἐκβαίνῃ τὸ σῶμα, ἢν ὀλίγον, ὀλίγη νοῦσος γίνεται· ἢν δὲ πολὺ, πολλή· ἢν πάνυ πολλὴ, θανάσιμον τὸ τοιοῦτον.

Tùm etiam ab vniuerſo corporis habitu, à naturali ægri ſtatu, vel multum diſſidẽte vel ſimili.

Quæ per veſicam excernuntur ſpectare oportet, an talia ſint qualia ſanis exeunt. Nam quæ his, minimè ſunt ſimilia, ea morboſiora: Quæ vero ſanis ſunt ſimilia hæc minus ſunt morboſa.

66. 4.

PROGNOSTICVM Ab vrinæ ſimilitudine aut diſſimilitudine, cum ſanorũ vrinis AXIOMA PROGNOSTICVM.

Hic notandũ quæ ſanis ſimilia bona ſunt, quæ diſſimilia mala.

Τὰ διὰ τῆς κύστιος διαχωρέοντα ὁρᾷν δεῖ, εἰ οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑποχωρέεται. τὰ ἥκιστα οὖν ὅμοια τουτέοισι, ταῦτα νοσωδέστερα· τὰ δὲ ὅμοια τοῖσιν ὑγιαίνουσιν, ἥκιστα νοσερά.

9. Ab Vrinę colore albo & perſpicuitate.

Quibus vrinæ ſunt perſpicuæ & albæ, malæ; præſertim vero ſi in phreneticis appareant. 72. 4.

10. A LACHRYMIS ſponte aut inuoluntariè prodeuntibus.

Quibus in febribus, aut aliis morbis voluntariè illachrymant oculi, abſurdum non eſt. Quibus vero præter voluntatem, abſurdius. 52. 4.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀῤῥωστίῃσιν κατὰ προαίρεσιν ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον· ὁκόσοισι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον.

Quibus in morbis oculi ſponte illachrymant, bonum. Quibus vero inuoluntariè, malum. 2. 8.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσιν οἱ ὀφθαλμοὶ κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν, ἀγαθόν. ὁκόσοισι δὲ ἄνευ προαιρέσιος, κακόν.

PROGNOSTICA A QVALITATIBVS CORPORIS IMMVTATIS.

Et partium quarumdam corporis statu vitioso.

PROGNOSTICATVM SALVTARIA, TVM LETHALIA deprompta, à Qualitatibus primis mutatis: Et primo à Frigore extremarum partium.

IN morbis acutis, frigus extremarum partium, malum. 1.7.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν.

2. A Frigore extimo, cum ardore interno & siti.

A dolore vehementi circa ventrem extremorum refrigeratio, malum. 26.7.

Ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἀκρωτηρίων ψύξις, κακόν.

In febribus non intermittentibus si exteriora frigeant, interiora vrantur, sitimque habeant, lethale est. 48.4.

Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

3. A Calore deurenti, & inde orto Cardiogmo.

In febribus, circa ventriculum, æstus vehemens, & cordis morsus, malum.

26. 7.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν, καὶ καρδιωγμὸς, κακόν.

PROGNOSTICA, A CONSTITVTIONE

Quarumdam corporis partium deprauata.

Prognost. 1 A FACIEI partium peruersa constitutione, & Organorũ sensuum, in ea positorũ FVNCTIONIBVS læsis, & præsertim Visu & auditu abolitio.

IN febre non intermittente, si labrum aut supercilium, aut nasus peruertatur; Si non videat, si non audiat, iam debili existente corpore: quicquid horum euenerit mors proxima.

49. 4.

Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς, διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅ, τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

In ſomnis vero, ſpectare etiam oportet, quæ in oculis ſubapparent; Nam ſi quid commiſſis palpebris de albo appareat, nec ex alui profluuio, aut medicamenti potione hoc accidat, malum eſt ſignum & valde lethale.

2. Ab Oculorum albo, commiſſis palpebris, conſpicuo.

52. 6.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων τοῦ λευκοῦ, μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἐόντι ἢ ἐκ φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατῶδες σφόδρα.

Lingua nigra atque cruenta, cum quid horum ſignorum abeſt, non valde malum, morbum enim minorem ſignificat.

3. A Linguæ colore nigro & cruento.

9. 8.

Γλῶσσα μέλαινα καὶ αἱματώδης, εἴ τι τῶν τοιούτων σημείων ἄπεστι, μὴ σφόδρα κακόν· δηλοῖ γὰρ νοῦσον σμικροτέρην.

Labra liuida, aut reſoluta, & inuerſa & frigida, mortifera.

4. A Labiorum conſtitutione praua.

13. 8.

Τὰ χείλη πελιδνὰ, ἢ καὶ ἀπολελυμένα, καὶ ἐξεστραμμένα, καὶ ψυχρὰ, θανατώδεα.

5. Ab Auribus.

Aures frigidæ, pellucidæ, contractæ, lethales. 14.8.

Τὰ ὦτα ψυχρὰ, διαφανέα, συνεσταλμένα, θανατώδεά εἰσι.

6. A Digitis.

Digitorum etiam extrema frigida, præ se ferunt mortem.

Ab Vnguibus.

Vngues nigri, digiti manuum & pedum contracti vel demiſſi, mortem proximam ſignificant. 12. 8.

Ὄνυχες μέλανες, καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν ψυχροὶ, συνεσταλμένοι ἢ καθειμένοι, ἐγγὺς τὸν θάνατον δηλοῦσιν.

7. Ab Abdominis & Hypochondriorũ Mole, nempe eorum Craſſitie, vel extenuatione.

In omnibus morbis, partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes, craſſitiem obtinere melius eſt, multum vero extenuari, & contabeſcere malum : Sed hoc quoque ad infernas purgationes, periculoſum. 35.2.

Ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν, βέλτιόν

δι· τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν. Ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας.

Post longum morbum, ventris depressio, mala. 5. 8.

Ἐπὶ χρονίῳ νοσήματι κοιλίης καταφορὴ, κακόν.

Testis dexter frigidus conuulsusque, lethale est. 11. 8. 9. A Testibus.

Ὄρχις ὁ δεξιὸς ψυχρὸς καὶ σπασμώδης, θανατῶδες.

Hæc igitur in febribus acutis præsertim obseruare oportet, vt noscamus, quando quis moriturus, & quando euasurus. 10. 8.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὀξέσι σημειοῦσθαι χρὴ, ὁπότε μέλλει ἀποθνήσκειν, καὶ ὁπότε σωθήσεσθαι.

Moribundis, signa hæc multo fiunt manifestiora. Et venter attollitur atque inflatur. 17. 8. Mortis proxime imminentis signa sunt, prædicta omnia, sed grauiora.

Terminus vero mortis est, cum animæ calor supra vmbilicum, ad locum diaphragmate superiorem ascendit, & omnis humor exuri-

tur, Cum autem pulmo & cor humorem amiserint, calore in locis mortiferis collecto; spiritus caloris confertim exhalat, cuius ope totum cum toto compactum erat. Præterea partim per carnes, partim per cutis spiracula, vnde viuere dicimus, relinquit anima corporis domicilium frigidum, & mortale simulachrum, & vnâ cum bile, sanguine, pituita & carne, deditione reddit.

Μέλλουσιν ἀποθνήσκειν ταῦτα σαφέστερα γίγνεται, καὶ αἱ κοιλίαι ἐπαίρονται, καὶ φυσῶνται.

Ὅρος δὲ τοῦ θανάτου, ἐὰν τὸ τῆς ψυχῆς θερμὸν ἐπανέλθῃ ὑπὲρ τοῦ ὀμφαλοῦ, εἰς τὸν ἄνω τῶν φρενῶν τόπον, καὶ συγκαυθῇ τὸ ὑγρὸν ἅπαν. ἐπειδὰν ὁ πνεύμων καὶ ἡ καρδία τὴν ἰκμάδα ἀποβάλλωσι· τοῦ θερμοῦ ἀθροοῦντος ἐν τοῖσι θανατώδεσιν τόποις, ἀποπνέει ἀθρόον τὸ πνεῦμα τοῦ θερμοῦ, ὅθεν περ συνέστη τὸ ὅλον εἰς τὸ ὅλον. πάλιν τὸ μὲν διὰ τῶν σαρκῶν, τὸ δὲ διὰ τῶν ἐν κεφαλῇ ἀναπνοῶν, ὅθεν τὸ ζῆν καλοῦμεν, ἀπολείπουσα ἡ ψυχὴ τὸ τοῦ σώματος σκῆνος, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ θνητὸν εἴδω-

λον ἅμα καὶ χολῇ, καὶ αἵματι, καὶ φλέγματι καὶ σαρκί. παρέδωκεν.

PROGNOSTICA

A rebus naturalibus, & non naturalibus nonnullis deprompta.

MVlierem vtero gerentem, corripi aliquo morbo acuto, lethale est. 30. 5.

PROGNOST. 1 A Sexu muliebri, eiusque gestationis tempore, morbo graui, & acuto lacessito.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ὑπό τινος τῶν ὀξέων νοσημάτων ληφθῆναι, θανάσιμον.

Qui natura valde crassi sunt citius moriuntur, quam qui graciles. 44. 2.

2 A Corporis habitu, crasso vel gracili, Qui breuiori vel diuturniori vita fruātur.

Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι γίγνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

Senes iuuenibus, vt plurimum minus ægrotant, qui vero morbi ipsis accidunt diuturni, plerumque commoriuntur.

3 Ab ÆTATE iuuenili aut senili.

39. 2.

Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον. ὅσα δ' ἂν αὐτέοισι χρόνια νοσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

4. A Cognatione & similitudine Morbi, cum natura ægri, vel ætate, consuetudine, vel tépore.

In morbis minus periclitantur, quorum naturę & ætati, & habitui & tempori morbus magis cognatus fuerit, quam quibus, in nullo horum cognatus extiterit. 34. 2.

Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης, ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων.

5. Ab Anni constitutione humida, vel sicca.

Ex anni tempestatibus, in vniuersum siccitates sunt imbribus salubriores, & minus mortiferæ. 12. 3.

6. Ab Anni tépore verno vel autumnali.

Autumno in vniuersum Morbi acutissimi & exitiosissimi fiunt, ver autem saluberrimum, & minime exitiale.

APHORISMI
PROGNOSTICI,
Longitudinis & Breuitatis Morbi.

PROGNOST. LONGITVD.

QVando toto corpore Mutationes accidunt, vt ſi corpus refrigeretur, & viciſſim calefiat, vel color alius ex alio oriatur, Morbi ſignificatur longitudo.

40. 4.

1. A qualitatum primarum Mutatione crebra, & Colorum,

Καὶ ὁκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

Corpus eorum, qui non omnino leuiter febricitant, ſibi conſtare nec minui, aut etiam plus æquo contabeſcere, malum: Illud enim morbi longitudinem, hoc vero virium imbecillitatem ſignificat.

28. 2.

2. A Mutatione quantitatis ſeu Molis corporis Extenuatione & Marcore. Aut Conſtitutione æquabili & naturali in mole, figura & colore.

Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ

λόγον, μοχθηρόν· τὸ μὲν γὰρ μῆκος νούσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

4. SIGNA DIAGNOSTICA ET PROGNOSTICA, Morborum Constitutionis seu durationis, tum etiam temporum, 4. vniuersaliū, tum particulariū scilicet paroxysmorum, A multis deprompta, putâ, A Morborū ipsa idea. Ab anni tépore. A periodorū proportione. Denique à signis Epiphenomenis quæ in Excretis apparent, seu vrinis, deiectionibus, sputis, & sudoribus.

Accessiones autem & constitutiones Morborum, indicabunt, Morbi ipsi & anni tempora, & periodorum inter se incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue maiori interuallo fiant: Quin-etiam ex mox apparentibus indicia sumuntur, velut in pleuritide, sputum, si statim initio appareat breuem fore denuntiat, si vero posterius conspiciatur, longum: Sed & vrinæ, deiectiones, & sudores quales apparuerint, iudicatu faciles aut difficiles, breues aut longos morbos fore prænuntiant. 12 I.

Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἀντεπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται. Ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν· οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει· ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ εὔκριτα, καὶ δύσκρι-

...ε, καὶ βραχέα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα, ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

Quibus per febres, in vrinis, ſedimenta, craſſiorem farinam referunt, longum morbum ſignificant. 4 SPECIATIM ab vrinæ hypoſtaſi craſſa longitudo morbi prænuntiatur.

31. 7.

Ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖσιν οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσι.

Quibus in vrinis bilioſa ſedimenta, ſupra vero tenuis apparuerint, acutum morbum ſignificant. 5. Ab Hypoſtaſi vero bilioſa, Acuties morbi proſpicitur.

32. 7.

Ὁκόσοισι δὲ χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταί, ὀξεῖην ἀῤῥωστίην σημαίνει.

Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente, malum, prorogatur enim morbus, & multam humiditatem ineſſe ſignificatur. 6. Deinde à ſudore non, critico,

56. 4.

Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγινόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν· μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει.

Eôdem ſpectant 36. 37. & 4.

8. Ab Abſceſſu imperfecte Critico.

In febribus Abſceſſus, qui primis iudicationibus non ſoluuntur, longitudinem morbi ſignificant. 51. 4.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποςήματα, μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νόσου σημαίνει.

9. Ab Appetitu & cibi ingeſtione per initia, vires ægri non reficiente.

Omnes fere malè habentes, qui per initia bellè cibum capiunt, nec proficiunt, circa finem tandem cibum faſtidiunt. Qui vero per initia cibum valdè faſtidiunt, poſtea autem bellè aſſumunt, in melius euadunt. 32. 2.

10. Ab Anni conſtitutione humida.

Per aſſiduos imbres, morbi ferè fiunt febres longæ, &c. initio 16. 3.


A Conſtitutione ſicca.

Per ſiccitates, febres acutæ fiunt, &c. initio 7. 3.

11. Ab Anni tempore potiſſimum Autumnali, morbi prænuntiatur longitudo, Quartanæ exemplo.

Aeſtiuæ quartanæ plerumque breues, autumnales vero longæ, & maximè quæ ad hyemem perueniunt. 25. 2.

Οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες. Οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροὶ, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.



APHORISMI DE SIGNIS MAGNITVDINIS, aut leuitatis, Morbi.

SIGNA MAGNITVDINIS MORBI.

QValia, quæ per vesicam, aut aluũ excernuntur, & quæ per carnes abeunt, aut sicubi corpus à natura recedat, spectare oportet. Nam si parum, leuis est Morbus; si multum, magnus; si valdè multum, lethale est. 79. 7.

1. A Dissimilitudine seu Recessu maiori vel minori à naturali constitutione, tùm in Excremẽtis alui, vrina & sudoribus, tùm corporis habitu vniuerso apparẽte.

Sudor multus, frigidus, calidusve semper fluens, frigidus maiorem, calidus minorem significat morbum. 42. 4.

2. A Sudoris quantitate, & simul qualitate.

Quibus per febres, circa dentes lentor quidam obnascitur, his vehementiores fiunt febres. 53. 4.

3 A Lentore dentibus adnato,

Ὁ κόσοισι δὲ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περιγλίσχρασμα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί.

Et quibus Deiectiones si resi- 4. A Deiectionibus

ſtrigmento ſis & retentis.

dere permiſeris, nec moueris, veluti ſtrigmenta ſubſiſtunt, ſi pauca fuerint, leuis eſt morbus, ſi multa, magnus: His confert alui purgatio, Quod ſi aluo non purgata, ſorbitiones dederis, quanto plures dederis, eo magis nocebis.

67. 7.

Καὶ οἷσι τὰ ὑποχωρήματα, ἢν ἐάσῃς στῆναι, καὶ μὴ κινήσῃς οἷον ὑφίσταται ξύσματα· καὶ ἢν ὀλίγα ᾖ, ὀλίγη ἡ νοῦσος γίνεται· ἢν δὲ πολλὰ, πολλή· τουτέοισι ξυμφέρει ὑποκαθῆραι τὴν κοιλίην· ἢν δὲ μὴ καθαρὴν ποιήσας διδῷς τὰ ῥοφήματα, ὁκόσῳ ἂν πλείω διδῷς, μᾶλλον βλάψεις.

¶ A Crudorũ deiectione pauca vel copioſa.

Quæ cruda deorſum ſubeunt, ab atra bile ſunt, & ſi plura, maior; ſi pauciora minor eſt morbus.

68. 7.

Ὁκόσα ἂν κάτω ὠμὰ διαχωρέῃ, ἔστι χολῆς μελαίνης ἔνεστιν, ἢν πλείω, πλείων· ἢν ἐλάσσω ἐλάσσων ἡ νοῦσος.

Eôdem ſpectant 66. & 79. 4.



METHODI APHORISMORVM DISPOSITIVÆ,

SECTIO TERTIA.

Complectens Aphorismos spectantes ad particularem

Affectuum præter naturam, in specie singulas corporis partes obsidentium.

Vel Aetiologiam, Diagnosim, Prognosim, & Therapiam.

PRÆFATIO.



GALENI decretũ est, ingenuarum artium studiosis præstitutũ, non licere artis vllius notitiam adipisci, nisi Cognitionem Vniuersalem seu Methodum, per generalia

Nono Methodi cap. 6.

« quædam theoremata quiſque
« ante capeſſat, ac deinde in par-
« ticularibus exẽplis ſe exerceat.
« Quod ſcilicet, neque fieri poſſit,
« vt ſine multiplici in ſingulari-
« bus Exercitatione, quod ex vſu
« ſit, faciamus: neque ſine vniuer-
« ſalium cognitione exercitatio
« procedat. Adeo vt non ſecus ac
« quicumque iter aliquod ingre-
« diuntur, vtroque crure inniti
« ſtudent, & qui altero claudus,
« vno duntaxat ſubnixus progre-
« ditur, longo ille ſpatio, & ſæpe
« via errando iter conficit: Con-
« ſimiliter ſane qui finem cuiuſli-
« bet artis conſequi parat, duo-
« bus his veluti cruribus aut in-
« ſtrumentis vtatur, neceſſum eſt,
« Cognitione nempe rerum in
« diſciplina vniuerſalium, Metho-
« do dicta, & in ſingularibus E-
xercitatione, Καὶ γὰρ ἣν ἑωυτοὺς, ἐν
λόγοισι πείσαντες, οἰηθῶσιν εἰδέναι,
ἔργον τὸ ἐκ μαθήσιος, καθάπερ χρυ-
σὸς φαῦλος ἐν πυρὶ κριθεὶς, τοιούτους
αὐτοὺς ἀπέδειξε. Nam qui ſermo-
num vniuerſalium notitia freti,
ſibi ipſis perſuadent, ſeſe ipſum

Hipp. lib. de decenti ornatu.

quoque artis opus ſingulare nouiſſe, non ſecus ac Aurum adulterinum ab igne examinatur, ſic certè illi abſurditatis arguuntur. QVARE Hippocratis Galeníque conſilio Medicus, in arte ſua futurus egregius, obtemperabit, & vtramque in percipienda Medicina, Cognitionem vniuerſalem, & particularem perſequetur: Quandoquidem enim Medicus non aggreditur Morbum in genere expugnandum, ſed hanc vel illam particularem morbi ſpeciem ac differentiam ſingulam quamque corporis partem obſidentem: Morbi reuera COGNITIO ad Curationem prærequiſita, non modo in vniuerſali, ſed etiam in particulari aſſequenda, (itidém ve CVRATIO.) Quocirca Affectus præter naturam ſingularum partiū, Morbos nempe & Symptomata ſpeciatim noſcere operæpretium, ex cuiuſque ÆTIOLOGIA, DIAGNOSI & PROGNOSI, inſtituta, abſque quo videlicet omnis exercendi conatus prorſus

inutilis & futurus. ITAQVE huic præſcripto legiſlatorum artis inſigniorum ſtando; poſt præmiſſam antehac affectuum præter naturam COGNITIONEM VNIVERSALEM, quantum ex Aphoriſmorum libris deprehenſam conſequi potui, tam in Ætiologia, quam Methodo Diagnoſtica & Prognoſtica iam Affectuum præternaturā, IN SPECIE NOTITIAM, Quæ ex eorum tum cauſis, tum differentiis, atque ſignis dependet, nec non & interdum THERAPIAM, vbi hanc Hippocrates in Aphoriſmis attigit, libuit ſubiungere.





APHORISMI
DE AFFECTIBVS
PRÆTERNATVRAM
Partium internarum.

Et Primò, De Cerebri Pathematis; Præsertim vero de Actionum Animalium Noxis.

Ac in primis, De Læsione Rationis, eaque insigni in Delirio.

Et 1. De Phrenitide, ac simplici dicto Delirio.



QVI dolentes aliqua parte corporis, dolorem ferè non sentiunt, his mens ægrotat.

SIGNVM DIAGNOSTICVM DELIRII prę aliis est: Sensus tactus priuatio vel imminutio dolore alicubi infestante.

6. 2.

Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει.

PROGNOST. DELIRII tum salutaria, tum lethalia. ET PRIMO ab Assumptis, vt vino multo.

Ex multa vini potatione, rigor, & delirium, malum. 7.7.

Ἐκ πολυποσίης ῥῖγος καὶ παραφροσύνη, κακόν.

2. Ab Ictu, seu vulnere capitis.

Propter plagam in capite acceptam stupor & desipientia, malum. 14.7.

Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

3. A Morbo præcedente, nempe peripneumonia.

A peripneumonia phrenitis, malum. 12.7.

Ἐπὶ περιπνευμονίῃ φρενῖτις, κακόν.

4. A Vigilia immodica prægressa.

Propter vigiliam, conuulsio, aut desipientia, malum. 18.7.

Ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

5. A Somno consequēte.

Vbi somnus delirium sedat, bonum. 2.2.

6. Ab Hæmorrhagia.

A sanguinis profluuio desipientia, aut etiam conuulsio, malum. 9.7.

Ἐπὶ

Ἐπὶ αἵματος ῥύσει παραφροσύνη, καὶ σπασμὸς, κακόν.

Desipientiæ, quæ cum risu fiunt securiores, quæ verò seriò, periculosiores. Ab adiuncto Risu, vel securitate, atque ferocitate.

53.6.

Αἱ παραφροσύναι, αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι. αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς, ἐπισφαλέστεραι.

Quibus vrinæ perspicuæ & albæ, malæ: maximè verò si in Phreneticis appareant. Ab vrina alba & perspicua,

72.4.

Qui supra quadraginta annos phrenetici fiunt, non omnino sanantur, minùs enim periclitantur, quorum naturæ & ætati morbus est familiaris. Ab ætate declinante & senili.

85.7.

Ὁκόσοι ὑπὲρ τὰ τεσσαράκοντα ἔτεα φρενιτικοὶ γίνονται, οὐ πάνυ τι ὑγιάζονται. ἧσσον γὰρ κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης ἡ νοῦσος ᾖ.

DE MANIA.

PROGNOSTICVM BONVM EST Solutio eius per humoris descensum. Vel ad ventrem ad anum & artus.

Ab insania, dysenteria, vel hydrops aut, mentis alienatio, bonum.

5.7.

Ἐπὶ μανίῃ δυσεντερίη ἢ ὕδρωψ, ἢ ἔκστασις, ἀγαθόν.

Insanis, si varices, vel hæmorrhoides superuenerint, insaniæ solutio.

21.6

Τοῖσι μαινομένοισι κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις.

DE MELANCHOLIA.

DIAGNOSTICA MELANCHOLIAE, sunt Metus & tristitia prægressæ.

Si Metus, & tristitia longo tempore perseuerent, melancholiam significant.

23. 6.

Ἢν φόβος ἢ δυσθυμίη πολὺν χρόνον ἔχουσα διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

PROGNOSTICVM Morborum melancholicorum solutionis criticæ per hæmorrhoides optimæ.

Melancholicis & nephriticis, hæmorrhoides superuenientes, bonum.

11.6.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσιν αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι, ἀγαθὸν.

In morbis melancholicis, ad hæc, Decubitus humorum periculoſi ſunt, eo quod vel apoplexiam corporis, vel conuulſionem, vel maniam, vel cæcitatem ſignificant.

Malæ autem per Decubitum ſeu metaſtaſin humorum melancholicorum in certas corporis partes.

56.6.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νοσήμασιν ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες, ἢ ἀποπληξίην τοῦ σώματος, ἢ σπασμὸν, ἢ τύφλωσιν σημαίνει.

Eodem ſpectat. 40.7.

Melancholicos autem vehementius infra purgabis, eadem ratione, contraria apponens.

CVRATIO. Eſt Catharſis vehementior per inferiora,

9.4.

Τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς ἁδροτέρως τὰς κάτω, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τ' ἐναντία προστιθείς.

DE MOTVS LÆSIONIBVS, *Primò de Apoplexia.*

Qua ætate contingit maximè, quo tempore verò fieri soleat, vide aph. 23. & 26. sect. 3.

Apoplexiæ fiunt maximè à quadragesimo anno ad sexagesimum vsque. 57.6.

Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίνονται ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων, ἄχρις ἑξήκοντα.

PROGNOST. A magnitudine aut leuitate Apoplexiæ.

Soluere apoplexiam fortem, quidem impossibile, leuem verò difficile. 42.2.

Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον.

Prognosticum eius termini, seu solutionis ad salutem vel mortem, Stertore aphoniæ comite.

Quibus bene valentibus, capitis dolores de repentè accidunt, statimque muti fiunt & stertunt, intra septimum diem intereunt, nisi febris apprehenderit. 51.6.

Ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι γίνονται ἐξαίφνης ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ ῥέγχουσιν, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ.

Si ebrius quiſpiam, derepentè mutus fiat, conuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut ad horam perueniens qua crapulæ ſoluuntur, vocem recuperet.

Prognoſt. Solutionis ἀφωνίας, Apoplexiæ aut Caro ſimilis affectus, ab ebrietate excitati tribus modis, vel. Solutione crapulæ, Febre ſuperueniente, Vel deniq; conuulſione lethali.

5.5.

Ἢν μεθύων ἐξαίφνης ἄφωνός τις γένηται, σπασθεὶς ἀποθνήσκει, ἢν μὴ πυρετῷ ἐπιλάβῃ, ἢ ἐς τὴν ὥρην ἐλθὼν καθ' ἣν αἱ κραιπάλαι λύονται, φθέγξηται.

DE EPILEPSIA.

Pueri epilepſia laborantes, mutatione potiſſimum ætatis & locorum & victuum, liberantur.

PROGNOST. Solutionis ſpontaneæ epilepſiæ, tum progreſſu ætatis, tum mutatione victus & loci.

45.2.

Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν τόπων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι.

Quibus epilepſia ante pubertatem accidit, mutationem recipit quibus verò poſt vigeſimum quintum annum, his fere commoritur.

Qua ætate fiat epilepſiæ ſolutio, & qua non amplius fieri poſſit.

7. 5.

Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει, ὁκόσοισι δὲ

πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τουτέοισι τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

Quo tempore eius Generatio fiat vide aph. 23.3.

DE CONVVLSIONE.

CAVSAE INTERNAE Conuulsionis duæ, scilicet, Repletio vel Inanitio,

Conuulsio fit vel à repletione, vel inanitione; ita & singultus.

39.6

Σπασμὸς γίνεται ἢ ὑπὸ πληρώσιος, ἢ κενώσιος, οὕτω δὲ καὶ λυγμός.

Causæ externæ quędā. 1 Frigus externum immodicum.

Frigidum vero conuulsiones, tetanos nigrores & rigores febriles efficit.

17.5.

2: Calor; tam externus, v.g. aëris calidi, vel caustici quā internus, scilicet, ardor febrilis,

Propter ardores vehementes, Conuulsio aut tetanus malum.

13.7.

Ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι σπασμὸς ἢ τέτανος, κακόν.

In febribus acutis conuulsiones & circa viscera dolores fortes, malum.

66.4.

PROGNOSTICA, à Causa inaniente. 1 Ab hæmorragia.

A sanguinis copioso fluxu, conuulsio, aut singultus, malum.

3.5.

Αἵματος πολλοῦ ῥυέντος, σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος, κακόν.

Conuulsio, vulneri superueniens, lethalis.

2. 5.

APurgatione immodica, conuulsio, aut singulus superueniens, malum.

4. 5.

2. Ab excretione immodica humorum à Medicamento.

Proper vigiliam, conuulsio, aut delirium, malum. 18. 7.

3. à Vigilia immoderata prægressa.

Si ebrius quispiam de repente mutus fiat, conuulsus moritur, &c. vide aph.

5. 5.

4. Prognost. à Causa replente scilicet Ebrietate.

Febrem conuulsioni superuenire melius quam febri conuulsionem.

26. 2.

5. Prognost. eius Solutionis spontaneæ, à febre epigenomena, cum conuulsio fit à Repletione.

Spasmo & tetano vexato, febris superueniens morbum soluit.

57. 4.

Ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος, λύει τὸ νόσημα.

Quartanis correpti non omnino conuulsionibus capiuntur, si vero prius tentati fuerint, superueniente quartana liberantur.

70. 5.

6. SOLVTIO. Conuulsionis, speciatim, à febre quartana epigenematica.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι, ὑπὸ σπασμοῦ οὐ πάνυ τι ἁλίσκονται· ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται.

Eodem spectat. 65. 5.

7. Prognosticum solutionis termini, in tetano seu ad salutem siue mortem.

Qui tetano corripiuntur, intra quatuor dies intereunt, si verò hos effugerint, sani fiunt.

6. 3.

Ὁκόσοι ὑπὸ τετάνου ἁλίσκονται, ἐν τέσσαρσιν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

CVRATIO Conuulsionis, per frigidam ex accidenti, per se tamen Caloris beneficio antiperistasi intus coacto. MITIGATIO Conuulsionis, fit etiam caloris præsidio (Vide aphor. 21 5.

Nonnumquam in tetano, sine vlcere, iuuene bene carnoso, æstate media frigidæ larga perfusio, caloris reuocationem facit. Calor autem hæc soluit.

21. 5.

Ἐστὶ δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος, νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται. θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται.

DE SENSVS TACTVS IN Capite insigniori noxa, scilicet Dolore capitis.

Prognosticum.

Quibus in febribus, vrinæ tur-

batæ velut Iumentorum, his capitis dolores adſunt vel aderunt.

Cephalalgiæ futuræ in febri.

70. 4.

Ὁκόσοισι, ἢ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀναλεταραγμένα, οἷον ὑποζυγίων, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται.

Ab vrina turbata & ſubiugali petitum.

Caput dolenti, & vndique laboranti, pus vel aqua, vel ſanguis per nares, os, vel aures affluens morbum ſoluit.

Prognoſt. ſolutionis ſpontaneæ Cephalalgiæ, ab excretione puris, aquæ, vel ſanguinis.

10.6.

Κεφαλὴν πονέοντι καὶ περιοδυνέοντι, πύον, ἢ ὕδωρ, ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥίνας, ἢ κατὰ τὸ στόμα, ἢ κατὰ τὰ ὦτα, λύει τὸ νόσημα.

Dolenti partem poſteriorem capitis, in fronte recta excurrens vena ſecta prodeſt.

CVRATIO Cephalalgiæ partis poſticæ.

68.5,

Τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ, ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα, ὠφελέει.

Per venæ ſectionem in fronte reuulſiuam.

DE OCVLORVM AFFECTIBVS *præter naturam.*

SOLVTIO Ophthalmiæ, ſpontanea.

Ophtalmia laborantem, alui profluuio corripi bonum. 17 7.

Per diarrhœam ſuperuenientem.

Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν.

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ ſectio aut medicatio ſoluit.

CVRATIO. Doloris oculorum. Remediis multis molienda,

31. 6.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίη, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακείη λύει.

Dolores oculorum, poſt mer potionem, & aquæ calentis copioſæ balneum, venæ ſectione curato.

46. 7.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἄκρητον ποτίσας, καὶ λούσας πολλῷ θερμῷ, φλεβοτόμει.

DE AFFECTIBVS *Aurium.*

Quibus bilioſæ deiectiones, ſuperueniente ſurditate ceſſant, & quibus ſurditas adeſt, bilioſis deiectionibus ſuperuenientibus ceſſat.

SVRDITATIS Cauſa eſt nonnunquam. Suppreſſio bilioſæ deiectionis.

28. 4.

Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος γινομένης παύεται. καὶ ὁκόσοισι

...ώφωσις, χολωδέων γινομένων παύεται.

Quibus in febribus aures obsurduerunt, his sanguis è naribus fluens, aut aluus turbata morbum soluit. 60.4.

SOLVTIO Surditatis in febribus contingentis, per deiectiones biliosas, & hemorrhagiam narium.

Ὁκόσοισι ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῆ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυέν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ νόσημα.

DE NARIVM, AFFECTIBVS *præter naturam.*

Humor excrementitius ex cerebro per nares stillans & semen liquidius.

Quibus nares, naturâ humidiores & genitura liquidior, ii valetudinarij viuunt: Quibus vero contraria, salubrius degunt. 2.6.

SIGNA SVNT Intemperiei frigidæ humidæ Quæ sanitatis infirmæ morbisque obnoxiæ, est causa.

Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον. οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγιεινότερον.

Raucedines & Grauedines, in valdè senibus, coitionem non recipiunt. 40.2.

Humor excremétitius, per nares & fauces stillans, Coctionem in senioribus non recipit, ideoque nec sanationem.

Βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.

STERNVTATIONIS Causa.

Sternutamentum fit ex capite, cerebro calefacto, aut præhumectato spatio in capite inani; Aër enim intus contentus foras erumpit, strepit autem, quia perangustum exit. 51. 7.

Πταρμὸς γίνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς, διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ κενοῦ, ὑπερχεῖται γὰρ ὁ ἀὴρ ὁ ἐνεὼν ἔξω. ψοφεῖ δὲ, ὅτι διὰ στενοῦ ἡ διέξοδος αὐτῷ ἐστίν.

Sternutationis effectus salutares, sunt.
1. Solutio singultus.
2. Iuuamen in partu, ac suffocatione vteri.

Singultienti, sternutatio superueniens singultum soluit. 13. 6.

Mulieri hysterica, aut difficulter parienti, sternutatio superueniens, bonum. 35. 5.

DE ORIS, LINGVAE, DENTIVM Affectibus.

Linguæ paralysis subitaneæ Causa.

Quibus cerebrum, occasione aliqua, fuerit valdè concussum, mutos protinus fieri necesse est.

58. 7.

SIGNVM Concussionis cerebri est Aphonia repentina,

Ὁ κόσοισι δ' ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ ὑπὸ τινὸς προφάσιος, ἀνάγκη ἀφώνους γίνεσθαι, παραχρῆμα.

PROGNOST. Delirij futuri, in vulnere seu fractura Cranii, à profunditate seu penetratione vulneris ad spatium vacuum inter meningas & cerebrum.

Ab ossis capitis præcisione, delirium, si in vacuum vsque penetrauerit.

24. 7.

Ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ παραφροσύνη, ἢν κενεὸν λάβῃ.

PROGNOST. malũ à stupore cum delirio.

Propter plagam in capite acceptam, stupor & delirium, malum.

14. 6.

Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις ἢ παραφροσύνη, κακόν.

PROGNOST. solutionis Sphaceli cerebri ad salutem vel mortem.

Quibus syderatum est cerebrum, intra dies tres intereunt: si vero hos euaserint, sani fiunt.

50. 7.

Ὁκόσοισιν ἂν σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμερησιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

APHORISMI

Ad Febrium Curationem spectantes, pauci.

VIctus humidus febricitantibus omnibus confert: Maximè vero pueris, & aliis omnibus, qui tali victu vti consueuerunt. 16. 1.

CVRATIO FEBRVM.

Primo Victu idoneo, tum in qualitate humida, ac etiam frigida, vtpote febri contraria.

Ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι, τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

Lac dare capite dolentibus, & febricitantibus malum, &c. initio. 64 5.

2, Victu Qualitate noxio prohibito, vt lacte, tùm Victus tempore commodo;

Si quis febricitanti cibum præbeat, valenti quidem robur, laboranti vero, morbus.

65. 7.

Ἤν τις τῷ πυρέσσοντι τροφὴν διδῷ, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι, ἰσχὺς, τῷ δὲ κάμνοντι, νοῦσος.

Demum vero REMEDIO CONVENIENTI (si febris non sit ab humore putrido) nempe Balneo & aquæ Lotione.
Diariæ enim & hecticç eo curantur Remedio.

Si febris non ex bile sit, aqua multa calida, capiti superfusa, febrem soluit.

42. 7.

Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ καὶ θερμοῦ καταχεομένου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται.

De signis febrium Prognosticis abundè, suprà, in Aphorismis Prognosim spectantibus, actum fuit.



METHODI APHORISMORUM DISPOSITIVÆ

SECTIO QUARTA.

PRÆSCRIBENS LEGES

THERAPEUTICAS,

Medendi Methodum vniuersalem ſtatuentes.

PRÆFATIO.

EXercitationem ineunti *Medico* Rationali, Aſclepiadum ſcholæ ſacrum, iſtud in primis ob oculos verſari debet, μὴ τόλμῃ, μᾶλλον ἢ γνώμῃ. Quo ſancitum, Morborum Medelam fœlici ductu, rectoque calle incedentem *Conſilio* prius maturè inſtituto, Ex Hippoc. lib. de arte.

seu *Recta ratione* auspicandam, cuius sagaci examine suscepta demùm ex votis, omnis succedat medicatio. Πᾶν γὰρ τὸ ποιηθὲν τεχνικῶς, ἐκ λόγου συνηνέχθη, μὴ ποιηθὲν δὲ μεθόδου ἀτέχνου δεικτικὸν ἐγεννήθη. Quare *Therapeutice* pars Medicinæ præclarissima, merito primam agendi ordine sui partem venditat βουλευτικὴν, *Medendi nempe Methodum*, Consilium ac Rationem, quæ salutifera Morborum Præsidia solerter inuenit, eorumque Vsum salubrem indicat & innuit. Altera enim, quæ tanquam Ὀργανικὴ *Auxiliorum materiam*, siue instrumentorum ad curationem vtilium, nempe Pharmaciæ, Chirurgiæ, & Diæteticæ materiæ, cognitionem subiicit: Primæ vt Architectonicæ subnectēda: Quandoquidem, nisi quis sit in Methodo ante versatus, copiosam instrumentorum medicorum supellectilem in vsum flectere nusquam valeat: contra *inueniet recta remedia & inuentis dextre vtetur, quisquis in Medendi Methodo est exercitatus.* Huius ideo tanquam certæ

Ex eodem lib. de elegantia.

Galen. 6. Methodi cap. 1.

certæ Cynoſurę ad leges collineare debent Medici, certóque hoc filo ad praxim artis dirigi, ne in diuerſum, à vera Medendi via abripiantur, aut fluctuantes cæco ductu per vaſtum Medicinæ pelagus errabundi ferantur.

Methodi Remediorũ inuentricis duæ Partes.

Iſtius autem *Methodi Remediorum Inuentricis*, hæc eſt norma, vt quidẽ Primo *Indicationes certas*, veluti Conſilia, proponat; Quę rei Agendæ ſeu Auxilij ad Curationem conducentis cognitionem innuũt. Deinde *Scopos agendi* nonnullos, ad Therapiam neceſſarios, ab Indicationibus examuſſim in Auxilio deſignandos, Primario, ſcilicet *Quid agendum*, ſiue ad Curationem conferens Præſidium: Secundario vero in eius *Recto vſu*, Qua *Quantitate*, quo *tempore*, quo *loco*, *vtendi modo* & *ordine* vſurpandum. Quibus nempe, æqua indicationum lance ſic expenſis, perſpectum fiat, & exquiſitè definitum, morbo cuiuis Remedium idoneum:

Inſtitutum authoris.

QVARE huic inſiſtendo ordini Aphoriſmos Hippocratis, ad

Medendi Methodum ſpectantes ſeu Therapeuticas leges, hoc tenui programmate diſpoſui, quo nimirum *Primarios curandi ſcopos*, in quibus exequendis, vniuerſa conſiſtit therapia, vno velut obtutu liceat intueri; *Vitale* quidem, ſeu Naturæ virium cuſtodiam primo intendens, Diæteticum Præſidium: ſubinde vero *Curatiuum* ſcopum, nempe Remedium, Affectui præter naturam contrarium, eiuſque itidem genera præcipua, ſiue *Maiora dicta præſidia* (& de quibus duntaxat Hippocrates egit in Aphoriſmis) vnà cum *Scopis* in eorum *vſu recto* ſpectandis, Indicationibus propriis apprimè deſignata, ad cuius paradigma cætera equidē Scoporum curationis, ſeu Remediorum genera, quæ hîc deſiderantur, fas erit componere, & eadem lege ac norma, ex Hippocratis aliis voluminibus, nec non Galeni effatis contexta diductaque tradere.

APHORISMI DE SCOPO VITALI,

SCILICET CONSERVATIONE NATVRÆ VIRIVM in Ægris instituenda,

Victus seu Alimenti, præsertim subsidio usu recto, conuenientique ratione exhibendi:

ID EST

DE DIÆTA SEV VICTVS RATIONE PROPRIE sumpta,

NEMPE ALIMENTORVM VSV LEGITIMO IN AEGRIS

Atq; obiter, in conualescentibus & sanis:

PRIMO

DE VICTVS FORMA IDONEA,

plena seu crassa, tenui vel exquisita.

ET QVANTITATE, DEFFINIENDA,

siue dosi ac copia, maiori vel minori,

INDICATIONE seu CONSILIO petito, A multis rebus. Et primo à MORBI CAVSA INTERNA, Et præcisè à CACOHYMIA infestante.

IMpura corpora, quò plenius nutries, eò magis lædes. 10.2

Victus forma tenuis & copia minor, præscribitur.

Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις.

2. A MORBI DIFFERENTIA, in diuturnitate vel acutie, suadetur etiam Victus forma, vel tenuis, vel plena.

VICTVS TENVIS & exquiſitus, in morbis longis ſemper, & in acutis, vbi non conuenit, periculoſus. Et rurſus qui extremè tenuis eſt, grauis eſt. Nam & repletiones ad extremum progreſſæ, graues exiſtunt.

4. I.

Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν ἀεὶ πάθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσιν, οὗ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί. Καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι δίαιται, χαλεπαί. Καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες, αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, χαλεπαί.

3. A VICTVS QVOQVE FORMA DIVERSA inter ſe collata, Quæ forma ſit AD VIRIVM CVSTODIAM conuenientior, tam in ſanis, quam

IN TENVI VICTV peccant ægroti, quo fit vt magis lædantur, omnis ſiquidem error in eo commiſſus grauior eſt, quam in paulo pleniore victu: Propterea etiam ſanis periculoſus eſt valdè tenuis, ſtatus & exquiſitus victus, quia errores grauius ferunt. Quare tenuis

exactusque victus, paulo pleniore magna ex parte periculosior. in ægris indicatur.

5. I.

Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται. Πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα, ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον ἐν τῇσι λεπτῇσι, ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσι. Διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. Διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν σμικρὸν ἁδροτέρων.

Cum itaque Morbus peracutus est, & statim extremos habet labores; Tunc extremè tenuissimo victu necesse vtendum est; Vbi vero non, tunc pleniorem victum exhibere licet, tantum à victu tenui recedendo, quantum morbus extremis fuerit remissior. 4. A Motv Morbi, vel celeri ad vigorem, vel tardiori: Itidem decernitur quæ Victus forma vsurpanda.

7. I.

Ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως

λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι· ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ' ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾶν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ.

5. A TEMPORIBVS vniuersalibus morbi, & præsertim à statu, *Idem imperatur.*

Quando morbus in vigore suo consistit; tum victu tenuissimo est vtendum. 8. 1.

Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νούσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

6. A VIRIBVS AEGRI, in morbi decursu suffecturis, seu à comparatione viriũ ægri cum Morbo, *Idem statuitur.*

Coniectari autem simul oportet, an æger cum tali victu perstare possit ad vsque morbi vigorem anvè priûs ille deficiat, nec cum illo victu sustineri valeat, aut morbus ante deficiat & remittatur. 9. 1.

Συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πρότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται.

7. A STATV MORBI, vel statim, vel tardius futuro,

Quibus igitur vigor statim futurus est, hos protinus tenuiter

alere conuenit ; Quibus vero tardius vigor futurus eſt, his in ipſo vigore & paulo ante ipſum, de victu ſubtrahendum Anteà verò pleniùs alendum eſt, vt æger ſufficere poſſit. *Idem docetur.*

10. Γ.

Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾷν. ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, ἐς ἐκεῖνο καὶ πρὸ ἐκείνου μικρὸν ἀφαιρετέον. ἔμπροσθεν δὲ πιοτέρως διαιτᾷν, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

IN CONVALESCENTIBVS A VIRIVM IMBECILLITATE: Qualitas alimenti indicatur.

Si à Morbo cibum aſſumens quiſpiam non corroboratur, alimento pluri corpus vti ſignificat: Si vero parcius epulanti hoc accidat, vacuatione indigere ſciendum eſt.

Si enim imbecillitas à cibi copia grauante, oriatur, tum Victus tenuis pręſcribendus, ſin minus, fiat à cacochymia infeſtante: huic Purgatio competit.

8. 2.

Ἢν ἐκ νούσου τροφὴν λαμβάνων τις, μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρέεται. Ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος, τοῦτο γίγνηται, χρὴ εἰδέναι, ὅτι κενώσιος δέεται.

IN SANIS VERO speciatim, indicatio Victus copiæ, ac paucitatis & inediæ, ducitur

1. A CORPORIS HABITV, humido vel sicco.

Corporibus carnes humidas habentibus famem imperare conuenit: fames enim corpora siccat. 59. 7.

59. Τοῖσι σώμασι τοῖσιν ὑγρὰς τὰς σάρκας ἔχουσι, δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν· λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα.

2. AB ÆTATIBVS VARIIS, Victus quãtitas maior vel minor, præscribitur.

SENES ieiunium facillime ferunt, deinde qui constanti sunt ætate, minus adolescentes, minimè verò omnium pueri, & inter eos hi præsertim qui sunt animo acriori præditi. 13. 1.

Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι. δεύτερον οἱ καθεστηκότες· ἥκιστα μειράκια· πάντων δὲ μάλιστα παιδία· τουτέων δὲ αὐτέων ἅσσα ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα.

QVI CRESCVNT, plurimum habent caloris natiui, plurimo igitur egent alimento; alioquin corpus absumitur; Senes vero paucum habent calorem innatum, ideo paucis egent alimentis, siquidem

à multis extinguitur; Quapropter etiam febres senibus, non similiter acutæ fiunt, frigidum enim eorum corpus.

14. I.

Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς. εἰ δὲ μή, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. Γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμόν. διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται· ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες, ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

VENTRES hyeme ac vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi, quare his temporibus plura alimenta sunt exhibenda: tunc enim caloris natiui plurimum habent, ideo pluribus indigent alimentis: Indicio sunt ætates & athletæ.

1. A TEMPORIBVS ANNI QVATVOR, idem suadetur.

15. I.

Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι· τροφῆς οὖν πλείο-

νος δέονται. σημεῖον αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθληταί.

Æstate & Autumno cibi copiam ferunt difficillimè, Hyeme facillimè, Vere minus.

18. 1.

Θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον.

DE VICTVS QVALITATE CONVENIENTI præſcribenda.

Primo. A Morbo indicatur. Victus Qualitas huic cõtraria (v.g. à Febre, Calida & ſicca intemperie, poſtulatur Humida frig.) 2. Ab Aetate, Consvetvdine, & Delectatione in cibo aliqvo,

Victus humidus febricitantibus omnibus confert; maximè verò pueris, & aliis qui tali victu vti conſueuerunt.

16. 1.

Paulo deterior cibus & potus, ſuauior tamen, meliori, ſed ingratiori, præferendus.

38. 2.

Τὸ σμικρῷ χεῖρον πόμα καὶ σιτίον, ἡ-

δῖον ἐστὶ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀνδεεστέρων ἐστὶ, μᾶλλον αἱρετέον.

Indicatur similis illis Victus qualitas.

DE VICTVS TEMPORE idoneo eligendo.

IN MORBIS PERIODICIS SPECIATIM.

1. A Tēpore accessionis, & intermissionis indicatio petitur Temporis Victus idonei.

IN accessionibus cibo abstinere oportet, nam præbere noxium; &, cum morbi per circuitus accessiones habent, in ipsis accessionibus abstinendum.

11. 1.

Ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρὴ, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάπτει. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή.

2. In febribus speciatim.

A febris intermittētis, paroxysmo & intermissione.

Si quis febricitanti cibum prebeat: valenti quidem robur, laboranti vero morbus.

65. 7.

3. A Motu morbi periodico, & die critico proximo.

Quibus per circuitus accessiones fiunt, nihil dare, nec cogere; sed adiectioni detrahere oportet ante iudicationes.

19. 1.

Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ᾽ ἀναγκάζειν, ἀλλ᾽ ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων.

Potus noctu haud assumendus. Sed sitis nocturna somno restinguenda.

Qui noctu bibere appetunt, his d modum sitientibus, obdormire bonum est.

27. 5.

Ὁκόσοισι δὲ πιεῖν ὀρέξιες νύκτωρ, τοῖσι πάνυ διψῶσιν, ἢν ἐπικοιμηθῶσιν, ἀγαθόν.

De Modo exhibendi Victus, scilicet (raro, vel sæpe, pluribusque vicibus) semel, aut partite; repentè ac confertim, lentè aut sensim.

Victus exhibendi Modus. I. Statuitur in ægris, Indicatione sumpta, ab Ætate, Tépera-mento, Tempore & Consuetudine

QVos etiam semel, aut bis, plus aut minus, & per vices, alere conueniat, spectandum: Dandum vero aliquid tempori, regioni, ætati & consuetudini.

17. I.

Καὶ οἷσιν ἅπαξ, ἢ δὶς, καὶ πλείω, ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος. Δοτέον δέ τι καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ, καὶ τοῖς ἔθεσι.

Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, sensim reficere oportet: quæ vero breui, repente.

1. IN CONVALESCENTIBVS indicatur à Corporis habitu sensim, aut repentè collapso reficiendo.

7. 2.

Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα, νωθρῶς ἐπανατρέφειν δεῖ. Τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

Plurimum atque repentè vacuare, vel replere, calefacere vel refrigerare, aut alio quouis modo corpus mouere, periculosum, &c. in 51. 2.

Vbi fames, laborandum non est.

Cautio in inædia.

16. 2.

QVIBVS ALIMENTIS CITO NVTRIENDVM.

Facilius est refici potu, quam cibo.

1. In forma liquida eu Potulentis.

12. 2.

Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ, ἢ σιτίου.

Eorum quæ confertim & velociter nutriunt, celeres etiam fiunt excretiones.

2. Substãtia alimenti euchyma & eupepta quæ dignoscitur celeri excretione.

18. 2.

Τῶν τρεφόντων ἀθρόως καὶ ταχέως, ταχεῖαι καὶ αἱ διαχωρήσιες γίνονται.

3 Potu, vt aqua leuissima, quæ celeri calefactione & refrigeratione dignoscitur.

Aqua, quæ cito calefit, & cito refrigeratur, leuissima. 26. 5.

Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον καὶ ταχέως ψυχόμενον, κουφότατον.

QVÆ ALIMENTA, MORBIS NONNVLLIS conueniant.

1. Vinum dilutũ, Symptomatis multis est vtile Præsidium.

IN anxietudine, oscitatione, horrore vinum pari aquæ portione potum Morbum soluit. 56. 7.

Ἀλύκη, χάσμη, φρίκη, οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος, λύει τὴν νοῦσον.

2. Vinum meracum quibusdam est quoque egregium.

Famem meri potio soluit. 21, 2.

Λιμὸν θώρηξις λύει

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut medicatio soluit. 31. 6.

Stranguriam & dysuriam meri potio & venæ sectio soluit, secandæ vero venæ interiores. 48. 7.

Lac, quibus morbis & symptomatis noxium.

Lac dare capite dolentibus malum, & febricitantibus, & quibus hypochondria elata & murmurantia, ac siticulosis malum: Item quibus biliosæ deiectiones, febres acutæ & copiosa sanguinis euacuatio facta est. Lac vero dare confert tabidis, non valde febricitantibus, & in febribus longis & languidis, si nullum ex prædictis signis adsit, & præter rationem extenuatis.

Lac quibusnam conueniens alimentum.

64. 5.

Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι, κακόν. κακὸν δὲ καὶ πυρεταίνουσι, καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβυρίζοντα, καὶ τοῖσι διψώδεσι κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ διαχωρήσιες, καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσι πυρετοῖσιν ἐοῦσι, καὶ οἷσιν αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονεν· Ἁρμόζει δὲ τοῖσι φθινώδεσι μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι διδόναι γάλα, καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι, καὶ βληχροῖσι, μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρεόντος, παρὰ λόγον δὲ ἐκτετηκόσι.

DE CONSVETVDINE IN *Victus ratione, ac Vsu omnium rerum non naturalium spectanda.*

PRAESCRIPTVM VNIVERSALE, in vsu sex rerum non naturalium, Consuetudinem esse spectandam atque seruandam.

CONSVETA longo tempore, etiam si deteriora sint, insuetis minus molesta esse solent. Quare ad insolita quoque facienda mutatio. 50. 2.

Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνήθεα, κἂν ᾖ χείρω, τῶν ἀσυνήθων ἧσσον ἐνοχλεῖν εἴωθε. Δεῖ οὖν καὶ ἐς τὰ συνήθεα μεταβάλλειν.

Speciale, 1. DE EXERCITIO seu labore ferēdo. In quo vis maxima cōsuetudinis.

Solitis laboribus assueti, quamuis inualidi sint aut senes, insuetis etsi robustis ac iuuenibus facilius ferunt. 49.2.

Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνήθεας πόνους φέρειν, κἂν ὦσιν ἀσθενέες ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνήθων, ἰσχυρῶν τε καὶ νέων, ῥᾷον φέρουσι.

2. IN VICTV, Qualitas cōsueta est seruanda.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè vero pueris, & aliis qui tali victu vti consueuerunt. 16.1.

Quos

Quos etiam ſemel aut bis, plus aut minus, & per vices alere conueniat, ſpectandum: Dandum vero aliquid tempori, regioni, ætati, & conſuetudini.

3. Victus quoque quãtitas & exhibendi modus. Conſuetus, Obſeruandus.

17. 1.

Et hæc

De diæta, conſtituta, tanquam præſidio, Naturæ viribus conſeruandis idoneo. Eſt tamen etiam diæta, cum pharmacia & chirurgia inſtrumentum curatiuum, affectuum præter naturam ablationi inſeruiens & accommodum.



APHORISMI DE SCOPO CVRATIVO,

Siue Ablatione Affectuum præter naturam per Remedia, recta Ratione vſurpata, ineunda.

Scopus Curatiuus, Primus, atque Communiſſimus, qui REMEDIVM dicitur.

REMEDIVM, ſeu Auxilium Curatiuum, in genere ſtatuitur ab Hippocrate.

Eſt id quod Affectui præter naturam auferendo eſt CONTRARIVM, ex Gal. definit. c. 89. artis med.

CONTRARIVM, *Affectus præter naturam destructiuum.*

Siue Contraria, Contrariorum Affectuum præter naturam ſunt Remedia.

(Aphor. 22. 2. ſect. & lib. de flat.)

Scopi Curatiui ſpeciales, ſeu remedia.

In ſpecie vero

REMEDIORVM GENERA ſtatuuntur.

CONTRARIA Affectuum præter naturam generibus reluctantia: Nempe Præseruatiua, quę Contraria Causis: Curatiua propriè, opposita Morbis; Mitigantia, aduersa Symptomatis.

Prima autem

Præcipuè inter Remedia, Curationem Morborum ineuntia, (& de quibus in Aphor.) sunt CONTRARIA CAVSIS MORBORVM INTERNIS, scilicet Contentorum Vitiis Repugnantia: Ex quibus nominatim,

VACVATIO contraria Humorum Redundantiæ.

REPLETIO contr. Defectui seu Inanitioni.

ALTERATIO contr. Qualitati vitiosæ.

MOTVS Cohibitio, contr. Motui præter naturam, &c.

Quæ quidem præ cæteris, ab Hippocrate seqq. Aphor. generatim adstruuntur.

QVicũque Morbi à Repletione fiũt, hos curat Euacuatio. VACVATIO remediũ est humorum.

quantitatis immodicæ seu repletio-cionis.

Et qui ab Euacuatione, Repletio, cæterorumque Contrarietas, est Remedium. 22. 2.

& ADIECTIO seu REPLETIO humorũ defectus seu inanitionis.

Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται. καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονή. καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

MOTVS COHIBITIO humorũ Motus præter naturalis fluxusve est remedium, & huius duo Modi præcipui, nempe REVVLSIO & DERIVATIO.

Quicumque Morbi à fluxionibus fiunt, primum fluxiones sedare oportet, deinde quod influxit educere.

Sententia Aphoristica hùc spectans ex lib. de locis.

ADVCTIO vero, seu VACVATIO EX PARTE AFFECTA, Humoris alicubi prẹter naturam quiescentis & influxi est medela.

Ὅσα μὲν νοσήματα ἀπὸ τῶν ῥόων γίνεται, τοὺς ῥόους παύειν χρὴ πρῶτον, ἔπειτα τὸ συνεῤῥυηκὸς ἐξάγειν.

ALTERATIO remediũ est intemperiei, tùm humorum, tum partium.

Quæ perfrigerata sunt, excalfacere oportet; exceptis iis quibus sanguis fluit, aut fluxurus est. 19.5

Ὁκόσα κατέψυκται, ἐκθερμαίνειν δεῖ, πλὴν ὁκόσα αἱμοῤῥαγέει, ἢ μέλλει.

Puta calefactio refrigerationis, & sic de cæt.

Extremis morbis, extrema exquisite remedia optima.

6. 1.

CONTRARIA seu remedia, pari gradu in oppositũ, debent esse Morbo æqualia, scilicet extremis valida, leuibus mitiora.

Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην, κράτισται.

Ex *constitutis vero*, Remediorum *Causas demolientium, præcipuis generibus, speciatim ferè duntaxat, de* Vacuatione, *egregia Hippocrates in Aphorismis protulit decreta, nec non de* Repletione *quoque nonnulla, in præceptis de victus ratione præpositis. De reliquis autem Medendi Scopis, Remediisve Causas morbiferas, internas nempe Contentorum vitia expugnantibus in vsum flectendis* (v. g. Intemperiei alteratione, Qualitatum secundarum emendatione, Putredinis correctione, Malignitatis coërtione, Motus humorum praui cohibitione) *pauca edixit, aut ferè nulla.*

Remediorum autem genera. Mor-

BORVM *variis generibus* AC SYMPTOMATIS *formaliter contraria, neque omnino expreßè eo loco attigit. Verùm hæc ex lege Contrarietatis, præstituta Medicis, facili negotio inuenientur, & in Hippocratis aliis voluminibus stabilita, conspicientur, spectabili ordine instituto, huc si lubeat referenda.*

APHORISMI DE VACVATIONE, HVMORVM REDVNDANtiæ remedio.

AC

Primo de Vacuatione Sanguinis per Venæ sectionem, seu Phlebotome

Ritè decernenda & administranda.

1. QVIS AFFECTVS præter naturam quodve vitium indicat PHLEBOTOMIAM vt Remedium sibi confe

ATHletarum bonus corporis habitus ad summum plenitudinis gradum perductus, periculosus est, si in extremo constiterit. Nec enim in eodem statu permanere & consistere potest:

Cum vero non consistat, nec possit in melius proficere, superest vt decidat in deterius. Quamobrem, pleniorem illum corporis habitum protinus soluere expedit, vt rursus corpus nutriri incipiat. Non autem ad extremam vasorum concidentiam ducenda vacuatio, periculosum enim; sed qualis fuerit natura eius qui perferre debet, eo vsque ducenda est. Sic & omnes vacuationes ad extremum perductæ periculosæ, & rursus refectiones extremæ si fuerint, periculosæ.

3. I.

Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν. οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ, οὐδὲ ἀτρεμέειν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀτρεμέουσιν, οὐδέ τι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπεται ἐπὶ τὸ χεῖρον. Τουτέων οὖν εἵνεκα τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναθρέψιος λάβῃ τὸ σῶμα. Μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν, σφαλερὸν γάρ. ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ.

rens & idoneum; Est Corporis plenus Habitus, seu εὐεξίη athletica, Vel aptius, Plethora humorum quatuor Vitiũ in quantitate exuperanti: Quę εὐεξίαν inducit.

2. QVA QVANTITATE sanguis mittendus, Indicant ægri natura seu temperies, & εὐφορία, quæ VIRES ferendo pares designãt ad Sanguinis missionem necessarias.

τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ κενώσιες, αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι, σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψιες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλεραί.

3. QVO TEMPORE sanguis mittendus?
1. Ad Præcautionem Verno tempore.

Quibus sanguinem è venis mittere confert, his verno tempore secare venam oportet.

53. 7.

Ὁκόσοισι συμφέρει αἷμα ἀφαιρέεσθαι ἀπὸ τῶν φλεβῶν, τουτέοισι χρὴ ἦρος φλεβοτομέεσθαι.

2. Ad Curationem Morbi initio.

In principijs Morborum si quid mouendum videtur, moue: in statu autem melius est quiescere.

29. 2.

4. QVIBVS MORBIS ac Symptomatis in specie Venæsectio medeatur,
1. Ruptionibus.

Quæcumque ruptiones ex dorso ad cubitos feruntur, venæ sectio soluit.

22. 6.

Ὁκόσα ῥήγματα ἐκ τοῦ νώτου ἐς τοὺς ἀγκῶνας καταβαίνει, φλεβοτομίη λύει.

2. Dysuriæ & Stranguriæ, à calida causa & inflămatione.

Stranguriam & dysuriam vini potio & venæ sectio soluit, secandæ vero interiores. 48. 7.

Dolores

Dolores oculorum post meri potionem, & aquæ calentis balneum, vena sectione curato. 3. Dolori oculorum, ab inflammatione.

46.7.

Dolenti partem posteriorem capitis; recta in fronte excurrens vena secta, prodest.

QVAE VENA SECANDA, in Cephalalgia, posticæ partis, Vena frōtis tundenda est, in Dysuria Vena Cubiti interior.

68. 5

Mulier vtero gerens, secta vena abortit, eoque magis si fœtus sit grandior.

QVIBVS SANGVINIS MISSIO NOXIA interdum & periculosa.

30.5.

DE VACVATIONE, PER MEDICAMENTVM, ſeu Purgatione Humorum vitioſorum; AC PRÆSERTIM

Per aluum, aut vomitum, eiuſque vſu & adminiſtratione recta.

HVMORES qui Purgationem indicant neceſſariam. IN GENERE ſunt HVMORES VITIOSI Qualitate ſua, quique ægris noxii ac moleſti, ſeu CAVSÆ MORBORVM Procreatrices.

IN SPECIE vero QVI ET QVALES peccent, & purgandi ſint: INDICATIO ducenda.

Primo, Quinam Qualeſve Humores, in genere, ac ſpecie Purgationem poſtulant.

IN perturbationibus alui, & vomitibus ſpontaneis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert & facilè ferunt ægri; ſin minus, contra. Sic & vaſorum euacuatio (arte præſtita,) ſiquidē fiat, qualem fieri oportet; confert & facilè perferunt, ſin minus contra. Spectanda proinde eſt regio, tempus & ætas, & Morbi, in quibus talia vacuare conueniat, nec ne.

Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. Οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἵη δεῖ γίνεσθαι γίνηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. Ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους, ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

In Medicationibvs, talia ex corpore educenda, qualia etiam ſponte prodeuntia, iuuant. Contrario vero modo exeuntia, ſiſtenda. 2. 4.

2. Ab Excretis ſpõtanea excretione, Euphoriam ægro conferentibus. Qui humor in ſpecie purgandus ſit, etiam indicatur.

2. Ἐν τῇσι φαρμακείῃσι τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τοῦ σώματος, ὁκοῖα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα· τὰ δὲ ἐναντίως ἰόντα, παύειν.

Si qualia oportet purgentur, confert & facilè ferunt: ſi contraria, difficulter. 3 4.

25. Ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δὲ ἐναντία, δυσχερῶς.

QVI PVRGATIONE EVACVANDI SINT,

Corpora nempe Cacochymia ſcatentia ſignis nonnullis hic deſignantur.

Expurganda ſunt in primis AEGRORVM ET NEVTRORVM CORPORA, quæ ſcatent Cacochymia.

SVdor multus, calidus aut frigidus ſemper fluens, humorũ copiam adeſſe ſignificat; Vacuandum idcirco, robuſto quidem ſuperne, debili vero inferne.

61. 7.

Cuius ſigna quædam petuntur.
1. A Sudore copioſo, cõtinuo profluente.

Ἱδρὼς πολὺς, θερμὸς ἢ ψυχρὸς, ῥέων αἰεὶ, σημαίνει ἔχειν πλησμονὴν ὑγρῶν. ἀπάγειν οὖν χρὴ τῷ μὲν ἰσχυρῷ ἄνωθεν, τῷ δὲ ἀσθενεῖ κάτωθεν.

2. A Sudore copioſo, in ſomno erũpente. (Quo notatur etiam Cacochymia, eiuſque remedium purgatio, niſi is ſudor à Ciborũ co-

Sudor multus, in ſomno factus, ſine manifeſta cauſa, ſignificat corpus vti pluri cibo: Quod ſi cibum parcius aſſumenti hoc accidat, vacuatione indigere ſignificat.

41. 4.

Ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου ἄνευ φανερῆς

αὐτῆς γινόμενος, τὸ σῶμα σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ χρέεται· ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίγνηται, σημαίνει ὅτι κενώσιος δέεται.

pia prodeat quæ victu tenui est curanda.)

Et quibus deiectiones si residere permiseris, nec moueris, veluti strigmenta subsistunt, si pauca fuerint, leuis est morbus: si multa, magnus; His confert alui purgatio. Quod si aluo non purgata sorbitiones dederis, eo magis nocebis.

3. A Deiectionibus retẽtis & strigmentosis, Alui Solutio seu Purgatio indicatur.

67.7.

Mulieri menses decolores, nec eodem semper modo & tempore prodeuntes, purgationem indicant necessariam.

4. A Mensibus decoloribus in muliere, cacochymia eiusque remediũ purgatio designatur.

36.5.

Si à Morbo, quispiam cibum assumens non corroboratur, alimento pluri corpus vti significat: Quod si parcius epulanti hoc accidat, vacuatione indigere sciendum est.

Tandẽ CONVALESCENTIVM CORPORA quæ vires, à Victu nõ resumũt; Expurgãda, quia huius imbecillitatis causa est Cacochymia à crisi nõ vacuata (modo à Ciborum grauante copia nõ oriatur.

8.2.

Qui Purgatione non sunt euacuandi.

1. Cacochymiæ expertes, Sani.

QVi bona sunt corporis valetudine, molestè ferunt medicationes. 37. 2.

Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

2. Intemperantes in Victu, etiam si Cacochymi.

Qui corporis sanitate sunt præditi, medicamentis purgati cito exoluuntur, & qui prauo vtuntur cibo. 36. 2.

Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι, ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι.

Carnes sanas habentibus, elleborus periculosus, conuulsionem enim inducit.

16. 4

Ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι τὰς σάρκας ὑγιέας ἔχουσι· σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει.

De Præparatione Purgationi præmittenda.

COncocta medicari ac mouere oportet, non vero cruda, nec in principiis, nisi turgeant (humores) vt plurimum vero non turgent. 22. I.

Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ· τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

Corpora cum quiſpiam purgare voluerit, ea fluxilia faciat oportet. 9. 2

Et ſi quidem ſupra, velit, aluus ſiſtenda: ſi vero infra, laxanda.

* .70.7 *

Τὰ σώματα χρὴ ὅκου τις βούλεται καθαίρεσθαι, εὔροα ποιέειν κ' ἢν μὲν ἄνω βούληται εὔροα ποιέειν, στῆσαι τὴν κοιλίην· ἢν δὲ κάτω, ὑγρῆναι.

PRAEPARATIO necceſſaria ante Cathartici ſũptionem duplex eſt.

Prima eſt humorum CONDITIO quædã præquiſita eaque triplex, ſcilicet vel eorum ORGASMVS ſiue motus efferus, Vel COCTIO in crudis & putridis ſuccis molienda & expectanda, Ac demum FLVXILITAS arte præſtãda, ſcilicet Qualitatis humorum Purgationi obſtãtis Correctione v.g Craſſitiei attenuatione, Tenuitatis & acrimoniæ Mitigatione, lentoris deterſione, &c.

Secunda PRAEPARATIO, eſt CORPORIS PARTIVM ET MEATVVM. Quæ vel eſt COMMVNIS vtrique Purgationi, ſeu per aluum, ſeu vomitum: Nempe APERTIO Viarũ ad hepar tendentium FLVXILITATE humorum obſtruentium concilianda.

Nec non etiã ROBVR seu CRASSITIES, incolumitasve partium abdominis prærequisita.

In omnibus morbis Partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes, craßitiem obtinere melius, multum vero extenuari & contabescere malum. Sed hoc quoque ad infernas purgationes periculosum.

Vel SPECIATIM, in Alui Purgatione intestinorũ laxitas præmittenda.

35. 2.

Vel Vomitui præponẽda, tùm Alui adstrictio, tùm Corporis habitus difficulter solubilis PRAEHVMECTATIO Victu pluri & humido, quiete atque somno ineũda, (itidemq; Balneo, ex 6. epidẽ. sect. 5)

Qui ex elleboro difficulter supra purgantur, horum corpora, ante potionem largiori cibo & quiete præhumectanda.

13. 4.

Πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι, πρὸ τῆς πόσιος, προϋγραίνειν τὰ σώματα πλείονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει.

Per quas Partes, meatúsve idoneos, Purgatio instituenda.

An per Aluum aut vomitum.

PVRGATIONIS VIA IDONEA, vel per aluum aut vomitum.

QVæ ducere oportet, quo maximè natura vergit, per loca

conferentia, eo ducere oportet.

21. 1.

Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις, ταύτῃ ἄγειν, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

Indicatur primo ab humorũ Motu, seu inclinatione naturali in crisi διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων, attamen Imperfecta, nec omnino absoluta.

Melancholicos vehementius infra purgabis, eadem ratione contrariam adhibens vacuandi viam.

9. 4.

Τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς ἁδροτέρως τὰς κάτω, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τ' ἐναντία προστιθέντες.

2. A Temperamento, vel Humore dominante, tùm melancholico, tum bilioso, &c.

Vomentes difficulter & modicè carnosos infernè purgabis, cauendo æstatem.

7. 4.

Τοὺς δὲ δυσημέας καὶ μέσως εὐσάρκους κάτω, ὑποστελλομένους θέρος.

3. Ab Habitu corporis ægri vel gracili, vel carnoso.

Graciles & ad vomendum faciles per superiora purgare confert, cauendo hyemem.

5. 4.

4. A facili aut ægra vomendi tolerantia.

Τοὺς ἰσχνοὺς καὶ εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα.

5. Ab Aëre per Anni tépora Varia, vel hyemé, vel æstatem, Corpora nostra supra vel infra purganda disponente.

Medicari, æstate superiores potius partes, hyeme vero inferiores. 4. 4

Φαρμακεύειν θέρεος μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω.

6. Ab Affectuum præternaturam partiũ Quibusdam speciebus. Purgatione indigétibus. 1. Nempe à Phthisi aut dispositione ad Phthisim inferna purgatio indicatur.

Tabidos vero, per inferiora purgabis, cauendo supernas purgationes. 8. 4

Τοὺς δὲ φθινώδεας, ὑποστελλομένους τὰς ἄνω [φαρμακείας.]

2. A Dolore supra vel infra diaphragma infestante, superna aut inferna purgatio, innuatur.

Dolores supra septum transuersum qui purgatione egent, per superna purgandum esse significant; Qui vero infra sunt, per inferna.

18. 4

Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα, ὁκόσα καθάρσεως δέονται, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει· ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω.

Febris experti, cibi faſtidium, cordis morſus, vertigo tenebricoſa & oris amaror, purgatione per ſuperna opus eſſe ſignificant.

3. A Symptomatis, ventriculi & ſtomachi.

17. 4.

Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη, καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος, καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

Febris expertibus, ſi tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, inferna purgatione opus eſſe ſignificant.

4. A Symptomatis, ventris inferioris, & artuum inferiorum.

20. 4

Ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν ἢν γίνηται στρόφος, καὶ γουνάτων βάρος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακείης δεῖσθαι σημαίνει.

Quorum ventres lienteria laborant, hos hyeme ſupra purgare, malum.

5. Speciatim; à Lienteria.

12. 4

Ὁκόσοισι κοιλίαι λειεντερειώδεες, χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω, κακόν.

Sudor multus, calidus aut frigidus, ſempe fluens humorũ copiã adeſſe ſignificat,

6. Ab ægri tandem viribus conſentientibus

Purgatio per superna vel inferna, in dicatur.

vacuandum idcirco, robusto quidem superne, debili vero inferne. 61. 7.

De Tempore, Purgationi apto eligendo, ac intempestiuo, cauendo.

PVRGATIONIS TEMPVS duplex. Primũ ELECTIONIS, in Præcautione Morborum, quod vel est ELIGENDVM scilicet anni tempus vernale,

QVibus venæsectio aut purgatio confert, his verno tempore venam secare, aut purgare oportet.

47. 6

Ὁκόσοισι φλεβοτομίη ἢ φαρμακείη ξυμφέρει, τουτέους προσήκον τοῦ ἦρος φλεβοτομεῖν, ἢ φαρμακεύειν.

vel EVITANDVM, scilicet Tempus æstiuũ, & maxime sydere Caniculæ dominante.

Sub cane & ante canem difficiles sunt purgationes.

5. 4.

Ὑπὸ κύνα καὶ πρὸ κυνὸς, ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι.

Alterum est TEMPVS NECESSITATIS; in Curatione Morborum quod vel IDONEVM, ac PRIMO qui-

In principiis morborũ, si quid mouendum videtur, moue. In statu autem melius est quiescere.

29. 2

Ἀρχομένων τῶν νόσων ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει· ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστιν.

Circa initia, & fines, omnia imbecilliora: circa statum vero vehementiora.

30. 2

Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη, πάντα ἀσθενέστερα· περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς, ἰσχυρότερα.

Ratio est Aph. superioris.

Concocta medicari, & mouere oportet, non vero cruda, nec in principiis, nisi turgeant (humores) vt plurimum vero non turgent.

22. 1

In acutis morbis raro, & in principiis, medicamentis purgantibus est vtendum; Idque cum præmeditatione faciendum.

24. 1

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι. καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

dem IN OMNIBVS MORBIS, & Est PRINCIPIVM, in quo humores crudi, orgasmo sunt perciti.

Deinde DECLINATIO MORBI. In qua scilicet humores tũ perfectè cocti, crisi nulla vel imperfecta, haud vacuati supersunt, tunc tẽporis enim expurgandi metu recidiuæ.

Secundo. IN MORBIS ACVTIS speciatim TEMPVS PRINCIPII purgationi aptum, sed raro, &c. duntaxat in humorũ orgasmo (humores enim quieti, eo tẽpore crudi, nõ purgãdi,

In peracutis autem, in quibus materia à principio orgasmo est efferа.

Tempus purgandi idoneum est Pr statim Principium.

Medicari in peracutis, si materia turgeat, eodem ipso die: differre enim in talibus, malum.

10. 4

Φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ, αὐθήμερον. χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι κακόν.

Porrò tempus purgationi ineptum atque cauendum 1. Est Principiũ morbi, in quo materia cruda, quieta est, nec agitata: 2. Status, in quo Naturæ motus fiũt, ne co ctio humorum & crisis, 3. In die Crisis perfectæ, & post crisim perfectam.

Quæ iudicantur & iudicata sunt integrè, mouere non oportet, nec quidquam nouare, siue medicamentis, siue aliis irritamentis, sed sinere.

20. 1

Τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν μήτε φαρμακείῃσι, μήτε ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾶν.

Quæ relinquuntur in morbis à Crisi, recidiuas facere consueuerunt.

(ideo expurganda.) 12. 2

(Post crisim tamẽ imperfectã in Declinatione morbi, tempus purgationi est idoneum, ne recidiua contingat.

Prægnantes purgandæ, si materia turgeat, à quarto mense vsque ad septimum, sed has minus: Minore vero, aut grandiore fœtu abstinendum.

Qvo tempore getationis in muliere prægnante, instituenda purgatio.

I. 4.

Τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν ἧσσον δὲ ταύτας. τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι χρή.

DE QVANTITATE PVRGATIONIS definienda,

Seu Medicamenti Purgantis vi, ac Mole, maiori vel minori statuenda.

Indicatio ducenda est purgationis lenis aut validioris.

Extremis morbis, extrema exquisitè remedia, optima.

6. I

1. A Magnitudine Morbi, siue recessu à naturali statu maiori aut minori.

Quæ vacuantur, copia non sunt æstimanda, sed si qualia

2. A viribus ęgri validis, aut imbecillis, vt cōsentiētibus Purgatio mitior aut vehemētior, & ad animi vsque deliquium, molienda indicatur.

oportet excernantur, & facilè ferant: Et vbi ad animi deliquium educere conuenit, præstandum, si æger tolerare queat. 23.1.

Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ καὶ φέρει εὐφόρως, καὶ ὅκου δεῖ, μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν, ἢν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

DE MODO VSVRPANDAE PVRGATIONIS Quantitatis,

Indicatio huius sumitur ab Axiomate medico.

Aut semel, ac vniuersim; aut partitis vicibus, seu καθ' ἐπίκρασιν.

OMNE NIMIVM ET REPENTINVM NATVRAE EST INIMICVM, ideo Purgatio copiosior & repentina, periculosior: partita autē & paulatim præstita, securior.

PLurimum atque repentè vacuare, vel replere; calefacere, vel refrigerare, aut alio quouis modo corpus mouere, periculosum. Omne siquidem nimium, naturæ est inimicū. Sed quod paulatim fit tutum est, præsertim cùm ab altero ad alterum fit transitus. 51.2.

Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληρεῖν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκοσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως ἢν καί τις ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ.

Quicumque empyici aut hydropici vruntur, aut secantur; si pus aut aqua vniuersim effluxerit, omnes moriuntur. 27.6.

Ab Affini exemplo, ex Vacuatione puris & aquæ in hydropicis & empyicis, docetur tutiorem esse purgatione partite & sensim factam, quam confertim & copiosè.

DE MOLITIONE POST *sumptionem medicamenti purgantis, nonnunquam adhibenda.*

POto elleboro, corpus mouendum potius, quam somno aut quieti tradendum; Indicat autem nauigatio, turbari motione corpus. 14.4.

MEDICI MVNVS post Cathartici sumptionem, duplex esse potest. Aut VIS MEDICAMENTI CIENDA, Motu corporis si Purgatio satisfacere non videatur.

Ἐπὴν πίῃ τις ἐλλέβορον, πρὸς μὲν τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων μᾶλλον ἄγειν, πρὸς δὲ τοὺς ὕπνους καὶ μὴ κινήσιας ἧσσον: δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτιλίη, ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει.

℞. VIS MEDICAMENTI REFRENANDA ET SISTENDA. Somno ac quiete, cùm si immodica sit purgatio; Tum etiam si Humores qui non peccant, quíve corpori vtiles sunt purgari videantur.

Cum elleborum magis ducere volueris, moue corpus; Cum vero sistere, somnum concilia, nec moueto. 15.4

Ἐπὴν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν τὸν ἐλλέβορον, κίνει τὸ σῶμα· ἐπὴν δὲ παῦσαι, ὕπνον ποίει, καὶ μὴ κίνει.

In medicationibus, talia ex corpore educenda, qualia sponte etiam prodeuntia iuuant (contrario autem modo) exeuntia sistenda.

4. 2

DE SIGNIS PVRGATIONIS PERFECTÆ & vtilis.

Primò, EXCRETIONES, in quibus nõ sola copia, sed Humoris Noxij qualitas & species, apparet,

QVæ vacuantur, copia non sunt æstimanda, sed si qualia oportet excernantur & facile ferant, &c

in 23. 1

2. EVPHORIA AEGRI consequens

Si qualia oportet purgari, purgentur, confert & facile ferunt: si contraria, difficulter. 25.1

Ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δὲ ἐναντία, δυσχερῶς.

A Medicamento, talia excerni eo melius, quanto plures fuerint eorum colores minimè praui. 3. Colores humorum excretorum varij apparentes.

in fine 21. 4.

Qui potione medica, dum purgantur non sitiunt, purgationem integrè non absoluunt, donec sitiuerint. 4 Sitis post purgationẽ inducta est signum absolutæ purgationis.

19. 4

Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι μὴ διψῶσι καθαιρόμενοι, οὐ παύονται πρὶν ἢ διψήσωσιν.

De Signis Purgationis inutilis ac violentæ.

A Medicamenti potione, conuulsio lethalis. SYMPTOMATA ab immodica Purgatione excitata.

25. 7.

Ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, θανατῶδες.

Conuulſio & ſingultus. Ab immodica purgatione, conuulſio vel ſingultus ſuperueniens, malum. 4.5

Ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος, κακόν.

Conuulſio ex elleboro, lethalis. 1.5

Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, θανάσιμος.

Si ſenibus, ſupra modum purgatis ſingultus ſuperueniat, malum. 41.7

Ἢν ὑπερκαθαιρομένων τῶν πρεσβυτέρων λύγξ ἐπιγίνηται, οὐκ ἀγαθόν.

PRAECEPTVM, MEDICAE praxeωs veluti Corollarium de Vſu Remediorum.

OMnia ſecundùm rationem agenti, ſi non ſuccedat ſecundùm rationem, haud protinus ad aliud tranſeundum eſt, manente eo quod à principio viſum eſt. 52.2

Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, καὶ μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

Et hæc de Vacuatione, *eiusque summis generibus*, phlebotomia *&* purgatione *salutifera Hippocratis in Aphorismis decreta: vt nempe de Maioribus ad curationem morborum vocatis Præsidiis, certo indicationum ductu & consilio in vsum salubrem reuocandis.*

DE MITIGATIONE SYMPTOMATVM VEHEMENTIUM QUANDOQUE MOLIENDA.

Ac præsertim insigniorum nempe *Doloris & Humorum præter naturam fluoris.*

Aphorismi pauci.

Primò, De Doloris Solatione diuersis modis ineunda.

DVobus doloribus diuersas partes infestantibus, qui

DOLORIS SEDATIO fit præcipuè tribus modis.

Et 1. Impropriè. Sensu DOLORIS GRAVIORIS, vim sensificã totam ad se trahentis.

vehementior est, alterius sensum obscurat. 46.2

Δύο πόνων ἅμα γινομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρὸς ἀμαυρεῖ τὸν ἕτερον.

2. FRIGIDIS STVPEFACIENTIBVS, Quæ sensum tactus obtũdunt.

Tumores articulorum & dolores, etiam podagricos & conuulsiones plerumque frigida large effusa leuat, extenuat, lenitque dolorem. Nam modicus stupor dolorem soluit. 25.5

3. Propriè dictis Anodynis, nempe CALEFACIENTIBVS MODERATIS, Quæ partes sensiles Dolorificè læsas blandè afficiunt, & rare faciunt.

Calidum suppurationem faciens (non tamen in omni vlcere) maximum securitatis est indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem lenit, &c.

in 22.5

DE PRÆTER NATVRALIS HVMORVM FLVORIS Remediis,

Ac PRIMO *Humorum vtilium Effluxus siue sanguinis, seu aliûs humoris naturalis, & Vtilis*

ADSTRICTIONE

Præsidiis multis ab Hippocrate in Aphor. præstitutis, ineunda,

SCILICET

1. EVACVATIONE SANGVINIS, REPVLSIVA, seu arte præstita, seu naturali: v.g. *menstruorum fluxu, in vomitu sanguinis.* aphor. 32. 5

2. CVCVRBITVLARVM APPOSITIONE IN PARTE OPPOSITA: v. g. *ad mammas in mensium fluore immodico.* 50. 5.

3. REFRIGERANTIBVS ET ASTRINGENTIBVS MEDICAMENTIS INTVS SVMPTIS: v. g. *in vomitu sanguinis.* 37. 7

4. IISDEM MEDICAMENTIS, extrà circa originem fluxionis admotis: v. g. *in omni sanguinis fluxu.* 23. 5

5. SOMNIFERIS ET QVIETE ADHIBITIS: v. g. *in Purgatione nimia humorum vtilium per aluum.*

Secundò, *De humorum inutilium profluuij, sed copia immoderati*, COHIBITIONE *quoque præstanda, ijsdem videlicet auxiliis.* statuitur aph.31.& 32.2

Tertiò, *De humorum vitiosorum profluuij, deficientis & imperfecti*, PROMOTIONE *tentanda*. statuitur aph.21.1

DEMVM *vero De Humorum noxiorum & inutilium, Excretione & vacuatione perfecta & moderata (tam spontanea & critica, quam arte instituta) non sistenda, nec etiam vllis auxilijs promouenda, sed* SINENDA, *&* NATVRÆ SOLI PERMISSIONE CONCEDENDA. statuitur aph.20.1

Aliorum quoque symptomatum Mitigationem prodit Hippocrates in aphor. *Puta Conuulsionis & Rigoris*, &c.

22. & 25. & 21. 5. sect.

FINIS.